Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-245550-p0001-8

EX LIBRIS
…LVSTRISSIMI VIRI,
…N. DAN. LVDOLPHI,
…BAR. de DANCKELMANN,
…EG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
…IOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Qc. 44.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-245550-p0002-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-245550-p0003-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-245550-p0004-5

# COMMENTARIVS IOANNIS AB IMOLA, CAESAREI PONTIFICIIQVE I. C. IN TITVLVM DE APPELLATIONIBUS.

COMMENTARIVS

IOANNIS

AB IMOLA,

CAESAREI PONTI-
FICIIQVE I. C. IN TI-
TVLVM DE APPELLA-
tionibus.

* *
*

*INDEX PRÆTEREA RERVM*
*Verborum & ſententiarum ſingularium*
*totius Corporis, cùm copioſus.*
*tum fidelis.*

Chris Jena.

*SPIRÆ Nemetum*
*Apud Bernardum Albinum.*
M. D. XCVIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-245550-p0005-0

KŒN.PR.FR
UNIVERS.
ZV HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-245550-p0006-6

## DE APPELLATIONIBVS.

### SVMMARIVM.

1 Appellatio ad hoc vt valeat, exigitur quod ſiat coram iudice à quo.

2 Appellationis forma, quando plures ſunt iudices à quibus appellari debet. & nu. 8.

3 Appellationis ſubſtantiale eſt, quòd poſt appellationem petantur apoſtoli.

4 Appellatio eſt intimanda appellato ignoranti: & ſic appellatio poteſt interponi in abſentia partis etiam parte non citata, dummodo intimetur poſtea, & nō ſufficit appellationem intimare, niſi collatio & termini præfixio intimetur. & num. 5.

6 Appellationis iudex deferens appellationi poteſt ſtatuere terminum appellati: nec ex hoc dicitur iuriſdictio ſuſpenſa.

7 Appellationi deferre & terminum ſtatuere ſunt diuerſa, & per termini ſtatuitionem non defert iudex. Et de multiplici termino qui poteſt dari à iudice à quo,

*ibi remiſsiue.*

8 *Appellans an debeat intimare delationes, appellationes ſeu refutatorias appellato.*

9 *Appellationis intimatio an ſit facienda iudici quando in eius abſentia appellatur. Et an in qualibet appellatione ſit intimatio facienda. & nu. 10.*

11 *Intimationis effectus quis ſit.*

12 *Appellationi deferre an poſsit iudex inuito appellato vel appellante, & appellatus inuito iudice.*

13 *Termini præfixio an debeat intimari ſiue ab appellante ſiue à iudice fuerit præfixus.*

14 *Iudex appellationis aſsignat terminum appellanti ad ſe præſentandum coram iudice ad quem & ad faciendam fidem de hoc.*

15 *Iudex quando non defert an poſsit terminum aſsignare.*

16 *Appellari poteſt à quolibet iudice & à quolibet executore & arbitrio iuris & de appallatione extraiudiciali vbi ſit facienda.*

17 *Appellandum quomodo ſit quando copia*

*pia iudicum haberi non poteſt.*

18 *Forte, dictio, quid ſignificet.*

19 *Teſtes ſi diſcordent quomodo ſint reducendi ad cōcordiam vt euitetur falſitas.*

20 *Appellari an debeat coram iudice, & ſi ſunt duo iudices & non plures eſt appellandum coram ambobus.*

21 *Appellatio & apoſtolorum petitio an poßit fieri ſimul vel ſeparatim.*

22 *Intimatio an debeat fieri ſciēti & quare nedum appellatio ſed etiam delatio eſt intimanda.*

23 *Terminus ad quid ſit præfixus appellanti.*

24 *Termini præfixio quare intimanda ſit appellato,*

25 *Appellatio quælibet in beneficialibus nedum à diffinitiua ſed etiam ab interlocutoria deuoluit negotium principale.*

20 *Appellationi in beneficialibus ſi iudex defert ſtatuendo terminum appellato ad iter arripiēdū vel ſe præſentādū: & hoc non faciat in termino, an appellatio ſit deſerta, & an poßit ſtatui alius terminus quàm ſit à iure ſtatutus.*

SI à Iudicibus duobus. Duæ
ſunt partes quæ patent. ſe-
1 cunda ibi: eſt tamẽ. Primo
tantum ponit dictum. Se-
cundo illud determinat & declarat.
†Nota primo quòd ad validitatem ap-
pellationis exigitur quòd fiat corã iu-
2 dice à quo. † Nota ſecundo practicam
appellãdi vbi ſunt plures iudices à qui-
bus appellatur, & facile nõ poteſt corũ
copia haberi, quare ſufficit appellare à
maiori parte. ex quo nota caſũ, in quo
vbi actus competit ad plures vt plures,
non ad plures vt corpus, ſufficit maior
3 pars. † Nota tertio, quòd ſecundum
ſubſtantiale appellationis eſt, quòd
poſt appellationem petantur apoſto-
li, *adde l. 1. cum ibi not. per Bartol. & Dd.*
4 *ff. de lib. dimiſſ.* † Nota quarto, quòd ap-
pellatio eſt intimanda appellato igno-
ranti, ex quo apparet ꝙ in abſentia par-
tis poteſt appellatio interponi, & etiã
parte non citata, dummodo poſtea in-
timetur, aliàs nõ exigeretur intimatio,
5 ſi citatus non compareret. † Et nota, ꝙ
nõ ſufficit appellationes intimare, niſi

collatio

collatio & termini præfixio intimetur. †Nota quinto, ꝙ iudex etiam appellationi deferens, poteſt ſtatuere terminū appellāti, nec quo ad hoc dicitur ex delatione iuriſdictio ſuſpenſa. vide eod. tit. cordi. in 6. & c. cum appellationib. in glo. & in nouell. † Nota ſexto, quòd appellationi deferre & terminū ſtatuere ſunt diuerſa: & ſic per termini ſtatuitionem non defert judex: de quo vide de appel. oblat. per Ioan. Andre. in d. c. cum appellationib. Opponitur, quòd ſeparatim nō appelletur ſed ab omnibus. C. de pet. hæred. l. fin. vbi à toto ſenatu qui erant cētum numero, appellatur & ſupplicatur & non ſeparatim. Solut. ibi competebat iurisdictio pluribus vt collegio, hic pluribus vt pluribus: quilibet enim habet iurisdictionē in ſolidū, quāuis omnes habeāt ſimul exercitium, de reſcr. c. paſtoral. de offi. deleg. c. prudentiā, ſecundū Guil. Oppon. ꝙ ſufficiat appellare ab vno, quare quilibet habet ſolidā iurisdictionē. ff. de offic. conſ. l. 1. Sol. hic in pluribus delegatis, ibi in plurib. ordinariis: qua-

6 7

re delegati licet ſolidum habeāt habitum iurisdictionis, nō tamen ſolidum habent exercitium: & ideo ſicut actu & exercitio ſoli non procedunt, ſic à ſolis non appellatur. de quo dic vt habetur de offi. deleg. c. prudentiam. ſcd̄m Guil. Sed tunc vltra obuiat: quia ſicut ſeparatim actu nō procedit, ſed requiritur maior pars, ex quo ad eos vt plures nō inſolidū ſpectat, ſic nec ſeparatim debet appellari. Sol. de iure hoc dicendū, ſed hoc hîc ſtatutum eſt diſpenſatiuè preter ius, vt facilius ius appellādi exerceatur, quare aliquando eſt difficile omnes ſimul habere ſecundum Zenze. Quare ſicut ſtatur ſen tētiæ maioris partis eorum, vbi inuicem contradicunt, ff. de re iud. l. duo ex tribus. ſic ſufficere debet, ſi à maiori parte appelletur ad hoc: quia etiam maior pars poteſt præfigere terminū, ergo & ſimiliter à maiori parte appellari: quare contrariorū eſt eadem cauſa. de iureiur. c. 1. ſecundū
8 Zēze. † Quæro an appellans debeat intimare delationes, appellationes ſeu refutatorias. dicit hic Zenze. & Paul. ꝙ
non:

non: quia hæc intimatio fit ad finem certificādi appellatum, vt ſciat cauſam deuolutam ex delatione iudicis: quod in refutatione nō eſt neceſſariū. Idem dicit de taciturnitate iudicis: quia principale negotiū defert ad ſuperiorem. vt d.c. cum appellationib. † Quæro an 9
intimatio ſit facienda iudici quādo in eius abſentia appellatur. Zēze. dicit ꝙ nō: quia hic dicit fiendā parti, & ſi iudici idem voluiſſet, hoc expreſſiſſet. ſupr. ca. compil. de elec. cle. cauſam. † Nun- 10
quid autem hodie in qualibet appellatione ſit intimatio fiēda: videtur quòd ſic, vt hic. & in Spec. eod tit. §. qualiter. ver. cautus ſit etiam. de quo dic vt in d. clem. cauſam. Quid ſi delatio intimetur, & nō terminus: dic, quod nō ſufficit intimare terminum tantum, quare non habet vim delationis. vt not. eod. tit. cum appellationibus. in 6. 2. q. 6. appellation. & not. de app. oblat. expedit ergo & appellationem & termini aſſignationem ad arripiendum vel ſe præſentandum intimandum. eodem titul. cum ſit, ſecundum Paul. *De multiplici*

*termino q datur à iudice à quo, habetur pro*
11 *Pract. Pap. in form. reſp. iud. à quo.* † Quæro de effectu veræ intimationis. Dicit Lap. quod effectus eſt quòd ſi non intimetur appellatio non arctat appellatũ ad aliquid, ad quod arctaretur ſi eſſet ei intimatio facta. allegat. ſupr. de ele. cle. causã. per quod dicit, quod appellatio ante intimationem, non habet appellationis effectum, vt interim attentata reuocentur. *Addo tamen, quòd pendente termino ad appellandum, attentata debent reuocari. Alex. in add. ad Bart. in l. 1. ff. nil nou. appel. pen. & Alex. in conſ. 19. in 1. col. 5. volu.* Et hoc verum dicit, quando intimari poteſt, aliàs ſecus, dũmodo fiat quod habetur in d. c. cauſam. facit. eo. tit. ſi iuſtus metus, licèt ergo appellatio legitima eximat appellãtem à iurisdictione iudicis & poteſtate eius à quo appellat; directè tamen intelligi debet cùm fuerit intimata ei contra quẽ interponitur, ſecus in priuilegio exemptionis, quare etiam ſi in notitiam eius contra quem interponitur nõ veniat, eximit priuilegium. vt in c. quare cun-
ctis.

ctis, de conceſſ. præben. in vj. ſecũdum Lap. cõtrarium communiter tenetur. ſupr. de elec. cle. cauſa. Quare licet defectus intimationis tollat effectum, ꝙ cauſa ſit in curia, nõ tamen tollit alios effectus appellationis quęrit hic La. de defectu delationis dicit quòd quãdoq; fit à iudice delatiò, & tũc refert, ſi non ęſt iudex in cauſa illa deferens ſolus, articulus ſuper quo eſt delatũ, deuoluitur ad iudicem ad quem. vt not. Specu. in ti. de appel. C. qualiter. ver. porro. & in fin. ver. quod autem dixi. & Ioan. eo. tit. cum appellationib. in vj. Si autem in principali eſt competens iudex deferens, tunc dicit, quòd cauſa deuoluitur ad ſuperiorem etiã principalem, & coram ipſo tractanda eſt & finienda. vt in d. c. appellationib. quãdoq; fit delatio à parte, & tunc non transfertur, niſi articulus appellationis, vt dicatur in curia, ad illum non ſufficit mittere procuratorem ad impetrãdũ & cõtradicendum, ſed oportet quòd mittatur inſtructus: quandoq; non ſolum defert, ſed dicit appellatus, quòd vult cauſam ap-

pellationis & principalem eſſe in curia & ibi diffiniri: & tunc tota eſt curia, vt eo.tit.cordi.in.vj.& no.in Spec.eo.tit.
12 §.prædicto.verſic.3.&c. †Nunquid autem iudex inuito appellato vel appellante, poſſit deferre, & appellatus inuito iudice. tenet quòd ſic. alleg.not.per Ioan.And.poſt Hoſt.de app. interpoſi-
13 ta.in ver.aduerſario, ſcd'm Lap. †Quæro an pręfixio termini debeat intimari ſiue ab appellante, ſiue à iudice fuerit præfixus. dicit Lap. quòd ſic. de appellato non dicit: quare iſte nō poteſt terminum præfigere, vt not. Guil.in Spe. eod.tit. §.qualiter, ver. porro. & proſequitur hic de triplici termino, quē poſſit ſtatuere iudex & quem non. quod ſatis eſt expeditum, pro not. eod. tit. ex inſinuatione. dicit tamen, quòd licet iudex, à quo non poſſet ſtatuere terminum appellationi fiēdæ, hoc poteſt tamē iudex ad quē vt not.glo.de dol.&
14 cōtu.c.cū olim.in pen. gl. † Quid ſi iudex appellationis aſſignat terminū appellanti ad ſe præſentādum coram iudice ad quem, & ad faciēdam fidem de hac

hac,quo termino aſſignato comparuit appellans corã iudice ad quẽ, ſed non fecit fidem de cõparitione vel præſentatione iudici à quo an habebitur appellatio pro deſerta, & an poterit poſt terminum facere fidem de repręſentatione. dicit Lap. ꝙ licèt putet ex hoc puniendum eum, & quo ad hoc non ſufficit ſe præſentaſſe, non tamẽ putat appellationem haberi pro deſerta. quia non eſt iure expreſſum. de ſent. excom. c. is qui. 1. reſponſ. in 6. putat tamen, quòd ſi iudex comminatus ei fuerit, ꝙ ſi in termino ſibi aſſignato nõ faciat fidem de dicta præſentatione, quòd habebit appellationem pro deſerta, & ꝙ nõ erit deſerta ipſo iure, ſed mediante iudicis ꝓnunciatione, niſi ex tunc pronunciaſſet eã pro deſerta haberi, ſcd̃m Lap. hoc vltimũ nõ placet d. An. quia nõ pẽdet à poteſtate iudicis à quo, tolleret appellationis effectũ, & ꝙ nõ fit, niſi vbi à iure hoc exprimitur. Abſurdũ enim eſſet hoc pendere à poteſtate iudicis à quo, quia poſſet omni caſu facere, quòd appellatio eſſet deſerta com-

minando etiam, vbi hoc à iure nõ permitteretur Item, hæc poteſtas reſeruatur iudici à quo, quatenus vt ſtatuat terminos: quare tendit in faciliorem exitum appellationis: ſed ꝙ fiat intimatio iudici à quo, hoc non tendit ad faciliorem exitum, imò principaliter ordinatur ad ſuſcitãdã ſuam iuriſdictionem, quòd non debet in eius eſſe poteſtate.
15 †Quæro, an quando iudex non defert, poſſit terminum aſſignare. Inno. quòd non de accu. c. fin. contra not. Spec. eo. tit. §. ſequitur videre in forma quæ ponitur in 4. parte ſecundum Lap. & hoc verius eſt tenendum. Glo. 1. in verſic. & quod dicit, quęrit an cle. locum habeat ſiue iudices ordinarij ſiue delegati ſint.
16 Reſpondet quòd ſic, † quinimo plus dicit, quòd nedum in delegatis ad cauſas, ſed etiam in executoribus ad gratias, & etiam in arbitrio iuris, à quo poteſt appellari. de offi. dele. ab arbit. in 6. *Adde Bar. in l. 1. circa me. C. de arbit. & do. Iaſ. in §. olim, in 4. car. Inſt. de act. 2. d. Frã. in add. ad Alexan. in l. nemo. poteſt in v. col. ff. de leg. 1.* Mouetur, quia eadem eſt ratio.

ratio. & ſic idem ius de conſt. tranſlat. &c. Gloſſ. 2. quærit an cle. locum habeat in qualibet appellatione, ſiue in iudicio ſiue extra appelletur, ſiue à ſentētia, ſiue à grauamine. dicit quòd ſic. pro quo facit, quia eadem eſt ratio, & quia cle. indiſtinctè loquitur. Nota bene ex gl. quòd in appellatione extraiudiciali quæ interponitur à iudice, eſt appellandum coram iudice ſi poteſt, quod nota cōtra iſtas appellationes, quæ extraiudicialiter interponūtur à proceſſibus executorum, quādo appellatur à parte. quare Innoc. videtur velle, quod in abſentia poſſit appellari contra no. eo. tit. ſi duobus, &c. † Gloſſ. forte quærit, 17
quid ſi haberi poſſit copia iudicum, an nihilominus ſufficeret appellare à maiori parte eorum, quę dicit ſic per hanc dictionem, forte. *de dictione forte habes glo. in c. niſi cum pridem, in prin. in ver. forſitan. de remiſſ. gloſ. in l. in ſubſtitutione cū concor. adductis per d. Iaſ. ibi. ff. de vul. & pup. & Alex. in conſi. 19. in 3. col. poſt prin. in 5. vol.* quæ nota neceſſario non exigi, quia copia haberi non poſſit, ſed ideo

hic dixit, quando copia haberi non poſſit, quia ante iſtam conſtitutionem tunc demum ſolum diuiſim de facto appellabatur, quãdo communiter iudices haberi nõ poterant. Vnde etiam ſeruabatur, quòd requirebãtur ſingulariter & diuiſim vt ſimul conuenirẽt. Zenze. variauit, quia primo concor-
18 dauit cum d.glo.†dicens, quòd dictio, forte. hic notat cauſam difficultatis; & nõ eſt cauſa finalis ſiue impulſiua, qua ceſſante, non tamen ceſſat conſtitutio. ff. de conſti. pecun. l. 1. §. ſecum. de verbor. ſignif. & eſt ratio, quia conſtitutio plus eſt ab authoritate principis quàm à tali cauſa, ideo cauſa ceſſante, remanet & authoritas principis & conſtitutio ſuper eo fundata. ff. de leg. l. deniq; ff. de offi. deleg. c. fin. cum ibi not. nec obſtat. ſupr. eo. c. fi. quia loquitur quãdo appellatur ex toto in abſẽtia, poſtea mutauit Zẽze. qui dicit, ꝙ in præſentia iudicum eſt appellãdum, ſi eorũ copia poſſit haberi. ff. quando appel. ſit. l. 1. §. dies. aliàs ſecus, vt not. But. & Inno. eo. tit. c. fin. & c. ſuggeſtum. & ſic concordantur

dantur glo. Inn. & c. fin. & c. dilectis. in glo. pen. Ad hoc eod. tit. ſi duobus, ſecundum Zēze. do. An. credit, quod vbi eſt vnus iudex, vel plures, quo ad hoc, vt corā iudice, vel aliquibus arctetur appellare vbi ſunt plures, & nō ſufficit appellare in abſentia, locus ſit diſtinctioni; an poſſit vel nō, vt dixit vltimo Zenze. ſed quo ad hoc, vt non arctetur coram omnibus appellare, vel ſimul, non eſt neceſſe, quòd ſubſit caſus impoſſibilitatis, vel difficultatis, quare poteſt appellare diuiſim & coram maiori parte, etiam illo non ſubſiſtente. ſic intelligi hunc tex. quia aliàs non dixiſſet forte, quod eſt notandum ſecundū eū, quia per hoc habes, quod quando ius in cauſá aſſignandá apponit verbū forte, non aſſumit iſtam pro cauſa finali. Quia apparet quòd ſuper illa ſe non firmet: ſed pro cauſa impulſiua, quod eſt bene notandum, &c. Glo. ſimul opponit, & videtur quod ſit neceſſe ab omnibus iudicibus ſimul appellari. vnde opponitur de no. per Inn. de offic. deleg. cū ſuper, pro quo facit. quia cum non poſſit appellari, niſi à grauamine,

& vnus ſolus ex pluribus iudicibus nõ poſſit grauare, cum vnus ſolus non habeat iuriſdictionem. igitur, &c. Solut. glo. quòd illa fuit opin. Innoc. quæ hic corrigitur, ſi intellexerit quod ſimul ſit ab omnibus appellandum, intelligẽdo quòd requiratur, quòd ſimul ſunt congregati in vno loco, tempore quo appellatur. Si verò intellexiſſet, quod ſimul eſſet ab omnibus appellandum, reſpectu formæ appellandi, & interpoſitionis appellationis, dato quod ſolũ maior pars ſit in vno loco congregata, tunc dicit gloſ. quòd poteſt procedere dictum Inno. quia iſtud hic non tangitur, nec corrigitur: quia ſeparatim appelletur: tamen ab omnibus appellandum eſt fatetur tamen glo. quòd vnus ex pluribus iudicibus ſolus procedere poſſit, quod tũc ſi procederet ſolus, ab illo ſolo poſſit appellare, facit ad pri-
19 mum ꝙ not. de arbitr. c. 2. in 6. † Nota bene iſtam gl. ſecundum do. Ant. pro cõcordia teſtium, ſi dicant teſtes, quòd tales poſſederunt ſimul talem rem. *de hac dictione ſimul, ponit Bar. in l. quærebatur circa fin. ff. de teſt. milit.* Alij dicunt

quod

quod tempore quo vnus poſſedit, alius non poſſedit. Nam & certè poſſunt ſaluari, vt notetur ſimultas in actu poſſidendi, non ſimultas in tempore, & eodem modo, ſi teſtes aliqui dicũt, quòd tales ſimul commiſerunt adulterium, cum tali, vel turbauerũt poſſeſſionem talis, & apparet, quod inter actum huius & alterius fuerit diuerſitas in tempore, & etiam in loco, ſaluant teſtes, vt illud verbũ notet ſimultatem in actu, non prædicamentum loci & temporis quod eſt bene notandum. vide glo. no. quæ dicit idem de verbo pariter, in c. bonæ memoriæ. de elec. in gl. fin. quod nota, quia illam de facto alle. do. Ant. ad ſaluandum vnum teſtem, quo facto non fuit mitriatus, & erat de contrada ſancti Fidriani in Florentia, vbi teſtes multum ſunt infamati, &c. † Glo. corã
20 Epiſco. colligit in pręſentia iudicis eſſe appellandum, alleg. no. de elec. vt circa. in 6. & de appell. ſuggeſtum, vbi de hoc. & 2. q. 6. biduum. Dic hoc verum, quãdo appellatur iudicialiter à iudice. vt hic & de appe. ſi duobus, & quod ibi no. Idem ſi appelletur ab eo, vt iudice,

extraiudicialiter, vt dicit Guil. Si verò appelletur a parte, ſentit Inno. ꝙ nõ ſit neceſſe appellare coram iudice, vel parte. de appel. conſtitutus. in glo. pen. tutius eſt ꝙ appelletur in præſentia, vel ſaltem intimetur, &c. Gl. maiori. quærit, quid ſi eſſent tãtum duo iudices, & non plures, dicit, ꝙ coram illis ambobus eſſet appellandum, quia ibi nõ eſt reperire maiorem partẽ, & hoc, ſi ſaltem diuiſim poſſunt haberi, licet non ſimul. Quid autem, ſi nec ſimul nec diuiſim poſſunt haberi, quãdo ſunt duo, vel quando ſunt plures, maior pars nõ poteſt haberi ſimul, nec diuiſim: quid erit tunc fiendum. dicit gl. ꝙ facta proteſtatione quomodo per eum nõ ſtat, quominus coram omnibus, vel maiori parte appellat corã illa, vel illis, quẽ, vel quos poteſt habere. *adde benefacere, not. per Bar. & Dd. in l. de pupillo. C. ſi quis ipſi prætori. ff. de oper. nou. nunc.* & ſi nullũ poteſt habere, & ꝓteſtetur, & appellet coram publicis & honeſtis perſonis, de appel. c. fin. de offic. ordin. paſtoralis, & ſi habere poſſit copiã iudicis, ad quem coram illo appellet, facta dicta prote-

ſtatione

ſtatione,& ſibi nõ nocebit, ex quo per
eum non ſtat, vt in iuribus præalle. &c.
† Glo. appellare, quęrit de intellectu li- 21
teræ, & dicit ꝙ mens literę eſt, ꝙ appel-
latio & apoſtolorum petitio ſeparatim
fieri poſſit, idem etiam ipſis iudicibus
exiſtentibus ſeparatim, & non ſimul.
quidam contra ſecundum Zenze Mo-
uetur, quia ſic intelligendo hoc c.
corrigeret alia iura. quod eſt vitãdum.
de ele. cum expediat. in 6. Vnde dicũt,
quòd verbum ſeparatim, non determi
nat, nec reſpicit verbum appellare, ſed
verbum petere, vt ordo ſcripturæ ſerue
tur. ff. de leg. 2. cum pater §. 1. & ff. ad
Treb. l. hæredes. §. fin. dic quòd glo. eſt
vera, quod ſeparatim poterit appellari,
quia graue eſſet indagare, quando o-
mnes, vel maior pars eſſent ſimul. & e-
tiam verbum ſeparatim, in tex. poſitũ
reſpicit, & refertur etiã ad verbũ appel-
lare, ſicut ad verbum petere apoſtolos.
Non obſtat quòd correctio ſit vitãda,
quia iura non arctant ad appellandum
ab omnibus ſimul, nõ obſtat ordo ſcri-
pturæ circa verbũ ſeparatim, quia hoc
non curatur ex quo de mente conſtat.

*Adde tex. in l. quidam. ff. de pecul. leg. plenè per Bar. & Dd. in l. 2. §. prius. ff. de vulg. & pup. & Felin. in c. cum dilecta. in ver. ordo. de reſcr. ff. de ſolut. l. nec ordo*, ſecundum
22 Zenze. † Glo. ignorãti, quærit an ſcienti debet fieri intimatio, hic dicit quòd nõ, per regulam eũ qui certus eſt, & hic à contrario, fatetur tamen quòd præſumitur ignorãtia, niſi aliud probetur, vt in regula præſumitur. Glo. delationis quærit, quare nedũ appellatio, ſed etiam delatio eſt intimanda. Reſpõdet ꝙ nedum articulus appellationis, ſed etiam negotiũ principale eſt in curia. ſupr. eo. cum appellationib. in 6. quod aliàs ex ſola appellatione contingeret. ideò vt pars appellata plenè ſit inſtructa, debet vtrunque intimari, deinde quia hæc ponuntur vt diuerſa, differre appellationi, & præfigere terminũ. gl. inducit decre. ad no. in prealleg. c. cum appellationibus, videtur ꝙ iudex deferens appellationi poſſit præfigere terminum appellanti, nec tamen ex hoc quòd terminum præfigat dicitur detuliſſe, niſi aliter appareat, de quo dicen-
23 dum, vt ibi, &c. Gloſ. præfixionis, quærit ad

rit ad quid ſit præfixus terminus appellanti dicit quod, ad iter arripiendū vel ſe præſentandum, nam ad hoc potuit ſtatuere terminū iudex à quo. ſupr. eo. cùm ſit Romana, quaſi non ad proſequendum. de quo ſupr. eo. ex inſinuatione, & C. de app. l. præſes. † Quare autem hæc termini præfixio ſit intimanda appellatio. Reſpondet gl. quia multa poteſt operari circa defenſionē appellationis, & circa comparitionē fiendam, & proceſſum fiendum in abſentem, velut contumacem. ſupr. eo. ſepe. Iuxta prædicta quærit gl. nunquid hæc termini ſtatuitio poſſit fieri ſeparatim per ipſos iudices, videtur quòd ſic per hanc literam. Glo. dubio. fortè dicit, ꝙ fortè mens literæ fuit in oppoſitum. l. quòd poſt appellationem interpoſitā, ſeparatim iudices debent ſimul conuenire & deferre, vel ſtatuere terminum, & poſtea debebit appellatio intimari, & ſic reſidet gl. Hic ſunt videnda duo, ſecundum do. Ant. primo, an quilibet ſeparatim poſſit deferre appellationi, & apoſtolos concedere. Secūdo, quid ſi vnus dat dilatorias, alter refutato- 24

rias. Gloſ. hic vt vidiſtis; ſentit quòd actus omnes, qui ſpectant & reſpiciunt iudices, ſimul debent expediri. licet actus reſpicientes partes poſſint ſeparatim expediri & fieri. idem tenet Zenze. & aſſignat cauſam, quia ſicut ſeparatim non poſſunt procedere, ita nec ſeparatim tales actus facere, arg. de offic. deleg. prudentiam, maximè cũ delatio ſit actus, ex quo ſurgit priuatio iurisdictionis. de appel. cũ appellationibus. in 6. ſicut in ſimili dicimus in tutoribus, quia licèt poſſint authorizare ſolidè pupillos: non tamen in actu, per quem finitur eorum poteſtas. C. de aut. præſtan. l. fin. Paul. dicit, ꝙ alij ſunt requirendi, & ſi volunt conuenire, faciant ſimul, ſi non volũt, poſſunt apoſtolos concedere, ſicut poteſt ab eis appellari. & hoc, quo ad ſui exonerationem & euitationem pœnæ. de quo eod. tit. de priore. 2 q. 6 decreto. C. eo. tit. quoniã iudices. ſupr. eo. vt ſuper. 2. quæſt. 6. biduum. licet ſit melius, ꝙ in dando apoſtolos omnes conueniant, ſi poſſunt & volunt. Nam alias ex facto maioris partis non deferentis, iſte ſine cauſa puniretur

retur, contra id. de conſt. c.2 ſecūdum Paul. Lap. hic tenet, quòd ſicut appellari poteſt diuiſim: ita poterit indiſtinctè & diuiſim dare apoſtolos, vt ſic nō ad imparia iudicentur iudices & appellans. d. Ant. dicit tenēdum eſſe primū ꝙ dixit Paul. verius eſſe cum ſit in poteſtate iudicum ſimul conuenire, ad ſecundum. ſ. quādo vnus dat dilatorias, alter refutatorias, dicit hic Paul. deferētem poſſe pœnitere, ex quo alius nō defert, ſi ſolus non poſſit procedere, alias non poſſet pœnitere, ſi ſolus procedere poſſet, vel ſi alij non deferētes eſſe minor pars, quia per delationem vnius vel minoris partis iuriſdictio aliorum nō perditur, cùm in eis in iudicialibus non transferatur. ff. de re iud. l. duo ex tribus. not. de re iudic. c. fin. de arbit. c 2. in 6. & per conſequens ipſe iuriſdictionem retinuerit per perſonas aliorum, cum ſit penes omnes. arg. eo. tit. c. pen. & ſic appellanti nullum ius eſt quæſitum, nec iuriſdictio ad ſuperiorē delata. quare ſine alterius præiudicio pœnitere poteſt. ſic intellige c. mutare. de re iudic. in 6. de elect. auditis, & c.

reſcriptum. de app. cõſtitutus. Itẽ, quia talis deferens non dicitur functus officio ſuo, cùm res non ſortiatur effectũ. quare hæc delatio nõ fit ab eo qui poſſit, & ſic non obſtat, de offic deleg. in literis. & de appel. intimaſti. & fa. ꝙ nõ. Hoſt. Itẽ nec haberet poteſtatẽ volẽti, & ſic nõ obſtat regula, quod ſemel placuit. de re iur. in 6. ſecundum Io. An. & Paul. Lap. dicit, quòd ſi ſint in numero partes deferentes & refutantes, erit in optione iudicis ſuperioris, quam acceptet, & illa valebit, & operabitur effectum ſuum, & hoc in delegatis. in ordinariis videtur valere illa, quæ facit pro reo in decret. duo ex tribus. de re iudic. Si autem ſunt in diſpari numero, valebit in qua maior pars conuenit, de reſcript. paſtoral. de arbit. c. 1. in 6. ita ꝙ ſi ſint dati cum clauſula, ꝙ ſi ambo, vel ꝙ ſi non omnes duo, vel cũ clauſula omnes duo, vel alter veſtrum, vel ſimili, & ſunt pari numero, vna partium deferente, alia non, & pars non deferẽs ꝓcedat, eius proceſſus pendebit ex futuro euentu, vtrum valeat, necne. habent enim locum prædicta, quando inſimul

proce-

procedebant. Nam ſi vnus eorum, eo caſu, quo poterat, procederet, & ab eo appellaretur, ipſeq; appellationi deferret, tunc deuolueretur ad ſuperiorem, per ſuam delationem cauſam principalis, & præiudicaretur via procedendi collegiis. de offic. deleg. cum plures. §. porrò. in 6. & c. cum ſuper abbatia. Eſt autem aduertendũ, ꝙ ſi illi, qui defuerunt appellationi, ſunt maior pars, nõ eſt locus pœnitẽdi ei qui detulit, ſecus ſi minor pars: vel ille, qui non poterat, ſolus proceſſerit & detulerit, quia tunc pœnitere potuit & reuocare delationẽ ſecundum Lap. de quo dic: vt ſupr. eo. cum appellation. in 6. per Ioan. Andr. in nouel. Gloſſ. vltima quærit, an hæc intimatio ſit facienda, ſi ab omnibus ſimul appelletur, vel quando eſt vnus iudex ſolus, & ab alio appellatur, dicit quòd ſic: quia eadẽ eſt ratio. igitur &c. de conſt. tranſlat. Deinde in ver. & aduerte opponitur & videtur, ꝙ non ſit neceſſaria intimatio delationis, vel termini, ſed ſolũ appellationis: vt in cle. cauſam. de elec. Soluit ꝙ diuerſitas caſus tollit cõtrarium. quare ibi loquitur

quando appellatur in cauſis beneficialibus ad Papam: hic quãdo appellatur in aliis. Ratio diuerſitatis eſt, quia cauſæ beneficiales ſui natura, per appellationem deferuntur ad curiam, etiam quo ad negotium principale, & etiam ibi ſtatuitur terminus à iure, vt patet de elec. ſtatuimus in 1. & ideo ſufficit appellationem intimare, quia alia, velut à iure communi diſpoſita ignorare non debet appellatus, in aliis cauſis eſt ſecus, ideo in illis delatio & termini aſſignatio, quę fuerit ab homine, cum in his prætendi poſſit probabilis ignorãtia, dicitur fieri intimatio taliũ, vt hic dicitur cum glo. concor. Zenze.
25 † Nota tamen gl. pro eo ꝙ no. de elec. cupientes. in prin. in 6. videlicet quòd in beneficialibus quælibet appellatio, nedum à diffinitiua, ſed etiam ab inter locutoria, deuoluit negotium principale, & ſic per hoc limitat decre. vt debitus. ſupr. eõ locum habebit in aliis, &c. An vt ſi non pareatur termino iuris de quo in c. 1. de elec. in 6. ſurgat ex hoc pœna deſertionis appellationis, dicit ꝙ nõ, ſed ſolũ eſt pœna proceſſus

in ab-

in abſentem, vt ibi not. ſecundũ Lap. &c.†Sed iuxta hoc quærit, quid ſi iudex, à quo appellatur, in cauſa beneficiali, defert appellationi, & aſſignat terminum, de quo in d. c. 1. vel alium conſentientibus partibus, vel non contradicentibus ad iter arripiendum, vel ſe præſentandum, & appellans vel appellatus hoc non facit in termino, an appellatio debet haberi pro deſerta, videtur ꝙ ſic, ſecundũ eũ, ſi nullum ſubeſt impedimentum. arg. ſup. eo. perſonas. & c. cum ſit, & infr. eo. quam diu ſecundum Lap. & Abb. Nota bene hic Lap. quia videtur velle, ꝙ in beneficialibus terminus alius, quam ſit à iure ſtatutus non poſſit ſtatui à iudice, partibus contradicentibus. quod eſt notandum ſecundum do. Ant. adde gl. in c. cupientes. § ꝙ ſi per xx. de elec. in 6. & quod no. in regula indultũ. de reg. iur. eo. lib. 26

*SVMMARIVM.*

1 *Apoſtoli quomodo, & quando ſunt petendi, & quæ ſit pœna non petentis apoſtolos.*

2 *Apoſtoli ſi non petantur in termino, appellans videtur renunciare appellatio-*

ni

3 Apoſtoli ſi petantur, & non dentur in termino, punitur iudex- & nihilominus poteſt appellans proſequi, ac ſi apoſtoli eſſent denegati.

4 Infra dictio, quid ſignificet?

5 Apoſtoli ſepius ſunt petendi.

6 Actus pluries, & inſtāter iteratus, vnus & idem videtur, & non plures.

7 Appellans an ſecundo arctetur ad petendum apoſtolos?

8 Terminus ſi ſtatuitur à iudice, ad aliquid petendum, an debeat ſepius petere. Et, quid ſi ſtatuit terminum iuris, quis habebit eligere talem terminum. Et quid ſi iudex dicat, ſtatuo tibi terminum iuris, vel ſtatuti, aut legis ad ſic faciendum: nu. 9. 10. & 11.

12 Apoſtoli infra quantum tempus ſint petendi, & quando incipiat currere tempus petendi apoſtolos de iure.

13 Conſtitutio noui iuris interlocutoria, quo ad ius, non propter ea dicitur declaratoria.

14 Contextu vno fieri debet teſtamētum, & etiam electio.

15 Apoſtoli quid ſint?

6 Citatus

16 *Citatus vel iuſſus, vt aliquid faciat, uel compareát infra certum tempus, ſatis erit, quandocunque infra dictum tempus compareat, dum tamen congruo tempore, et loco.*

17 *Terminus ſi ad petitionem actoris ſit reo ſtatutus, ad aliquid faciendum, an ſufficiat reo, quandocunque infra illud tempus comparere: ita q́ oporteat actorem ſemper eſſe præſentem.*

18 *Citatus reus, vt compareat infra nouē dies: quorum tres pro primo, tres pro ſecundo, et tres pro tertio, et peremptorio aſsignantur, vt compareat: comparuit in primo, & in ſecundo, & actor non erat: ſi non comparuit in tertio, an erit contumax.*

19 *Apoſtoli cuius expenſis peti debeant?*

20 *Apoſtolos clauſos, et ſigillatos recipere an teneantur appellans, ſi iudex nolit dare apertos?*

21 *Et ſi appellans, cum debita inſtantia peti apoſtolos, ſed & iudex reſpondet ſe illos daturum, non adiecto termino, vel nihil dixit, ſed tacuit: quid iuris?*

22 *Apoſtolos dare non cogitur iudex, à quo ante terminum iuris.*

23 *Et qd ſi apoſtoli eſſēt expreſſè denegati?*

QVamuis rigor. Quatuor ſunt partes; ſicut quatuor dicta. Secundum ibi, verum. Tertiū ibi, ſimiliter. Quartum ibi, quod ſi. determinat autem, not. ſupr. eo. tit. ab eo. in 6. Nam reprobatur quod ibi not. in 3. gloſſ. & approbat opi. Spec. eod. tit. in 4. part. §. ſequi-
1 tur. in fin. gl. † Nota primo actum, qui requiritur in appellante, poſt appellationem interpoſitam, ſc. vt petat apoſtolos, & nota modum petendi. quia debet eos petere congruo loco & tempore, & ſæpius, & inſtanter. *adde ea quæ habentur in l. 1 ff. de libel. dimiſſ. & Pract. Pap. in for. appel. à ſent. diffin. in ver. petēs ſemel bis & ter.* Et no. qualiter intelligitur illud ſæpius, quia nō intelligitur vt interuallato tempore fiat petitio, ſed ſufficit, quòd cōtinuo tempore ſæpius
2 & inſtanter petatur. † Nota ſecūdo pœnam non petentis apoſtolos, quando eſt certus terminus aſſignatus, quia debet in termino fieri petitio: & ſi nō petit, videtur appellationi renunciare. aut ergo eſt aſſignatus certus terminus per iudicem in dando apoſtolos, & de-

bet

bet peti in termino: aliàs nõ petens cadit ab appellatione, aut dixit iudex, ſe daturum, infr. iuris terminum, & tunc ſufficit, ꝙ infr. illum terminũ petat: & ſi non petierit, cadit ab appellatione: & pondera bene: quia talis petitio, debet eſſe inſtanter, & ſæpiſſime: aut reſpondet iudex ſimpliciter, ſe daturum nullo termino aſſignato, & tũc aduerte, quia hæc clem. nullam imponit pœnã non petenti, dicit tamẽ, ꝙ quandoq; infra terminum iuris ſunt petendi: tamen idem eſt dicẽdum, quòd habeat locum eadem pœna, ſecundum do. Ant. contra tenet gloſſ. dicens, ꝙ nec tunc ſunt petendi. † Nota pœnã iudicis nõ dantis apoſtolos. infr. terminum, quia perinde poteſt appellans proſequi, ac ſi apoſtoli eſſent denegati. *adde pract. Pap. in for. reſpon. iud. à quo. circa fin. ver. quæro ergo ſi comparuit in termino.* † Not. quòd dictio infr. iuncta termino continuo, non exigit lapſum termini, nec etiam deſiderat extremitatẽ termini: ſed dicitur id eſſe. infr. quod fit in qualibet parte termini, & ſic proprie ſtat pro intra, quod no. quia ſi eſt aſſignatus alicui ter 3 4

minus,& eſt certus: vt infr. terminũ nõ compareat, non arctatur poſt terminũ vel in termino comparere, ſed ſufficit, ꝙ in qualibet parte illius termini intra
5 terminum compareat, quòd no. † Opponitur, ex quo ſæpius ſunt petendi apoſtoli, interuallatim ſint petendi, de ſen. excom. conſtitutionem: in 6. ff. de publi. iudi. l. interdum. C. quomodo & quando iud. auth. qui ſemel. ff. de pig. at ſi conuenerit, & no. de iureiu. breui.
6 Ad hoc, quia actus † verbo pluries inſtanter iteratus vnus & idem videtur, & non plures de app. bonæ. 31. q. 2. Lotharius. Paul. & Guil. dicunt quòd hic eſt rigor iuris, de quo fit mentio, ſed æquitas eſt in oppoſitum, cuius ambo ſũ perfluè tractant hic. An, & quãdo conſuetudo præferatur iuri. de quo. de cõſuet. c. fin. & an, & quando æquitas rigori. quod eſt expeditũ C. de iud. l. placuit & per doc. de tranſ. c. fin. ideo hoc
7 non eſt inſpiciendum. † Secundo opponitur, quòd non arctetur appellans ad ſecundo petendũ apoſtolos, ex quo ſemel petiit eos debitè, quia ſufficere dicitur vnica interpellatio, arg. no. de elec.

elec. cupientes. §. quòd ſi per x x. in 6.
*Adde Bar. & Dd. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. in 3. opp. ff. de oper. no. nunc.* Sol. ſecundũ Guli. ſi iudex concedit, non ſunt iterato petendi: vt ſupr. in 1. reſpõ. Idem ſi expreſſe denegat, ſecus ſi dicit ſe daturum fore ſine termino, vel dat certum terminum, vel dicit ſe daturũ. infr. terminum iuris, quia tũc propter ſpem, quam dedit iudex, iterato eſt interrogandus & adeundus. Requiritur autem cum tanta inſtantia, etiam iteratio precum, quòd iudex, à quo appellatur, iraſcatur. de offic. deleg. ſuſpicionis. l. diſt. ſi quis præpoſtera. ideo ad eũ mitigandum, fit ei hæc inſtantia, & reuerentia, vt ſic mitigatus ſuperiorē informet, quod forte non faceret, ſi arroganter requireret. arg. ſupr. de iud. competens. in auth. de man. prin. col. 3. &c.
8 †Quæro circa verſi. verùm. quãdo certus terminus aſſignatur à iudice, nunquid in petitione exigatur pluries iterata petitio? videtur quòd non, per literam, quæ non reperit, quod debeat iterari, ſed dicit, quod petat, non dicit, ꝙ inſtanter, & ſæpius: vt in 1. proximo re-

ſpon.dicit Paul. q illud poteſt hic ſub-
audiri. vel illud in eo, qui tempore ap-
pellationis non petiit apoſtolos. hic in
eo qui alias petierat. dicit tamen Paul.
& bene, quòd melius hoc reſponſum
9 ſuppleri debet per illud. † Quæro quis
habebit eligere diem, infr. terminũ iu-
ris, quando iudex ſtatuit terminum iu-
ris, quia reſpondet ſe daturum. infr. ter
minum iuris. dicit Guil. quòd habeat
eligere appellans, & operatur negligen
tia iudicis, quòd electio, quæ ſibi com-
petebat, tranſeat ad appellantē, de con
ſuet. c. cũ in tua. in 6. de præben. ſi plu-
ribus. eod. lib. dicit tamen hic Paul. q
non ſufficit, q ſtatim compareat. quia
tempus cõgruum ſubintelligitur, quo
cõmodè potuerit apoſtolos formaſſe.
Nam ſi hodie hora tertiarum dat ter-
minum prædictum ad aliquem diem.
& ille hodie ſtatim, vel in nouis, cõpa-
reat, non eſt æquum, nec de mente iu-
ris, quòd ſit termino ſatisfactum arg.
10 §. fin. huius decret. † Quid ſi iudex dixe-
rit aſſigno tibi, pro recipiendis apoſto-
lis, terminum iuris, vel ante. ſ. penulti-
mo die termini, dic forte hãc alterna-
tiuam

tiuam intelligi de vltima die, & vltima hora termini. ſ. trigeſima die, dumtamen ille compareat tali hora, ꝙ poſſit perfici quod incumbit. de offic. deleg. conſuluit ſecundum Cuil. †Quæro qd 11
ſi iudex reſpondet, ſe daturum. infr. terminum iuris, an debet peti vel poterit à iudice ſurrogato. infr. terminum iuris dari, dicit ꝙ ſic. ff. de iudi. l. iudicium ſolui. & l. mortuo, & l. proponebatur, cui dabitur tantum temporis, quantũ ſupererat de x x x. diebus, quando deficit primus. ff. de iud. l. ſi iudex, &c. †Gl. 12
tempore quærit quantum ſit tempus petendorum apoſtolorum datũ à iure, à quo tempore incipiat eius curſus. Reſpondet quòd eſt tempus x x x. dierum, & incipit currere à die ſententiæ, ſicut ab illo die incepit currere tẽpus. x. dierum datum ad appellationem interponendam, & ſic à die ſentẽtiæ ſcitæ, aliàs à tempore quo incipit currere tempus prædictum, datum ad appellationem interponendam. & ſic dicit ad intelligendum quod not. ſupr. eo. ab eo. in gl. 3. in 6. alleg. ſimil. *Adde d. Fran. cur. plenè in add. ad Pract. Pap. in for. ap. à ſen. diffin.*

*in add.incip.iſti apoſtoli*. quod not.in l. quinquaginta.ff.de excuſ.tut. Nec obſtat prædictis, ꝙ tempus petẽdorum apoſtolorum ſit tantum. v. dierum. vt habetur 2.q.6.ab eo. quia id verum de iure antiquo, hodie ſecus.in d. capitul. ab eo.ſupr.eo.in 6.& c.vt ſup. Fatetur tamen quòd nedum hoc tempus. xxx. dierum datur parti ad petendum apoſtolos, imo etiam & iudici, vt tradat. vt in iuribus prælle. vnde tradere debet, etiam non requiſitus, non tamen videtur puniri, niſi fuerit requiſitus. facit ꝙ dicitur in ſimili de expenſ. C.de iudic. properandum. §. ſin autem alterutra. Stat ergo concluſio gl.in effectu, quod à tempore ſcientiæ ſententiæ latæ incidat currere tempus petendorum apoſtolorum. Nam ab illo tẽpore incipit tempus decennij, datum ad appellandum.l.ab eo. C. quomodo & quando iudex. Idem Guil.alleg C.de temp. ap. l.1.idem gl.ff de libell.dimiſſ. l.1. Hoſt. no.tenuit ꝙ currit à die appellationis. ſupr.eo.c.1.in 6.& in ſumma.eod.tit.§. qualiter.ver.iudex. & hoc ſequitur hic Zenze. Mouetur primo, quia nulla ſpecies

cies dimiſſorium ſeu apoſtolorum poteſt cõcedi, antequam ſit appellatum, quia non poteſt admitti, vel refutari appellatio, antequam ſit interpoſita. & quia non eximitur quis à iudice per appellationem, donec appelletur. eius enim appellatio, quæ non eſt, non poteſt eſſe admiſſio, nec refutatio, nec exemptio. ff. de leg. 2. ſi ita ſit ſcriptum. §. ſi ſub conditione. 32. q 2. quod no. & c. Moyſes. & quia appellans petere debet apoſtolos ipſos, & iudex dat illos appellanti, ergo non ante appellationem, 2. q 6 poſt appellationem. ff. de lib. d. l. 1. non enim debent xxx. dies currere ad eos petendos, antequam debeant peti, quia ſic pręſcriptio curreret, cõtra non negligentem, contra id, C. de anna. excep. l. fin. & l. 3. in fin. Tertio, quia qua ratione tempus, infr. quod habent apoſtoli dari, currit à tẽpore appellationis. ſupr. eo. ab eo. in 6. C. eo, l. à iudicibus. ff de lib. di. l. 1. ergo & illud, infr. q̃ debent peti. aliàs citius current habenti petere, q̃ habenti dare. quod eſt abſurdum. Quartò, quia cum hoc tẽpus currat appellanti ad petendos apoſtolos, &

appellare poſſit in limite x.dierum. de re iudic.quod ad conſultationẽ,ſi computantur à die ſententiæ, contingit alterum duorũ, vel quod arctabitur appellare ante decem dies, vel quòd non habebit niſi xx.dies. quod eſt abſurdũ. Vltimo, quia tempus currit appellãti, non ergo antequàm ſit appellans. ergo ante appellationem interpoſitam ſibi non currit tempus ad hoc. de appel. ab eo. in 6. Conatur reſpondere ad l. à iudicibus. C. de app. ſed non curo multũ. Pau. tenet gl. ꝙ in iſtis xxx. diebus confundantur. x. dies, qui dantur ad appellandum, quia appellatio, & apoſtolorũ petitio fiunt coram eodem, & petitio apoſtolorum quæ eſt verbalis, tantum eſt acceſſoria appellationi. ideo vnum tempus computatur in alio. Ad rationem Zenze. hoc tenendo, dic ꝙ ſtatim lata ſententia poteſt appellare eos, & petere. Ergo ſtatim datur negligentia. quia qui poteſt facere, vt poſſit, facere, poſſe videtur. ff. de regu. iur. qui poteſt. ſupr. de elec. c. pen. per hoc apparet reſponſum ad illam ſecundam, & quartã rationem. Ad tertiam reſponde, quia

tempus non currit danti ante appellationem. quia ante eſt in mora dãdi, cũ non debeant dari, niſi appelletur, & in poteſtate eius nõ eſt appellare, ſecus eſt in appellante. Nõ obſtat vltima ratio. ſ. quod tempus currit appellanti, & ſic antequam appelletur, non debeat currere, quia intelligitur de appellãte, qui poteſt appellare. & poſtea appellat, vel de appellante, id eſt, appellare volente, &c. Glo. decernimus, põderat literam quæ non dixit declaramus, quia per viã declarationis debuiſſet dici oppoſitũ, ſed hic decernitur, & ſtatuitur ius nouum, & ideo tex. vtitur hic verbo decernimus. & non declaramus. fac. de reg. conſtit. in 6. *adde gl. in clem. general. de æta. & qual. glo. in clem. impreſſi. de elec. Fel. in c. ſedes. de reſcri. do. Abb. & Felin. in c. 2. in fin. de iudic.* †Nota bene ex gl. ſecundum do. Ant. ꝙ conſtitutio noui iuris, interlocutoria: quo ad ius, nõ ꝓpterea dicitur declaratoria, ex eo quòd habuit conſonam conſuetudinem, cum eo, quod nouiter diſponitur, licet dicatur noui iuris introductoria, eo ꝙ conſuetudo ibi repugnat. de poſtul. præla. c. 1. 13

in gl.in 6.ideò faciendo ius de conſue-
tudine,ius non dicitur declaratorium.
ad hoc.d. clam.deſponſ.c.cum inhibi-
14 tio,&c. Gloſ. contextu.quærit quando
dicatur petitio fieri vno contextu. Re-
ſpondet ꝙ, quãdo nullus alienus actus
miſceatur.ff.de teſtam.l.hæredes palã.
§.fin. & ſic debet fieri teſtamentum in
ſcriptis,vt ibi habetur, & ſimiliter ele-
ctio. ſupr. de elect. quia propter. dicit
tamen glo.quòd teſtamentum, & ele-
ctio de neceſſitate debẽt fieri,vno con
textu. & ita loquitur hic. non tamẽ eſt
neceſſe quòd fiat nec hoc dicitur. No.
bene ex gl,quando aliquid dicatur fieri
vno contextu.facit.l.duos. ff. de duob.
re.& l.continuus in prin. ff.de ver.obl.
*adde tex.inſtit.de teſta. in prin. v. ſed cum
paulatim.& ibi gloſſ. in vno contextu.* &
quod nota in l.bonæ fidei. C. de pact.
per prædicta dicit gl. quòd non eſt cu-
rãdum, an petitio apoſtolorum fiat v-
no contextu, cum appellationis inter-
poſitione,an verò ſeparatim. ab illa al-
leg.no.ff.eod.l.1.in gl.fin. & in ſpec. de
appel.§.ſequitur. in fin. ad hoc quia a-
lius

lius eſt terminus xxx. dierum datus ad petendum apoſtolos ſupr. eo. ab eo. in 6. alius. x. dierum ad appellationē inter ponendam, & ideo apoſtoli non ſunt de ſubſtātia ipſius appellationis, quando ipſa fit. vt not. Arch. in d. c. ab eo. ſecundum Zenze. † Glo. apoſtoli, quærit 15
qui dicātur apoſtoli in materia iſta, an intelligemus de Petr. & Paul. dicit glo. quòd non: nam apoſtoli appellantur hic, literæ dimiſſoriæ. ff. de lib. dim. l. 1. 2. q 5. ab eo. *adde pract. Pap. in for. appel. à ſen. diffin. in verſi. apoſtolos.* & l. poſt appellationem. & de quadruplici eorum ſpecie, & forma remittit gloſſ. ad not. in Specul. eod. titul. in 4. parte. §. ſequitur. Guil. hic dicit quòd apoſtolus, in hac materia, eſt breuis forma inſtruens illum, ad quem appellatur, comprehendens votum iudicis, à quo appellatur, & totius appellationis circumſtantias. 2. quæſt. 6. poſt appellationem, §. forma. & dicuntur ab ἐπὶ, quod eſt ſuprà, & στόλον miſſio, id eſt, litera ad ſuperiorem miſſa, & ſunt quatuor ſpecies.

ſ. refutatorij, dimiſſorij, reuerentiales, & conuentionales: vt habetur in Spec. loco præalleg. vide gl. in l. præſes. C. eo. ſupr. eo. cordi. in 6. &c Gloſ. nec petat opponitur ꝙ ſola cõparitio ſufficiat, ſine petitione, cuius contrarium hic innuitur, vnde opp. de. c. fin. à iudice. ſup. eo. in 6. Sol. caſus diuerſitatis tollit cõtrariũ, quia hic, quo apoſtolos, qui dantur, vt per illos iudex, ad quem inſtruatur. ſupr. eo. tit. vt ſupr. in 6. ſed ibi agitur de reuocatione grauaminis, quę fit ad effectum, vt iurisdictionem reaſſumat iudex, à quo, & ideo non eſt mirũ, ſi plus arctatur circa apoſtolos appellans, quàm quando agitur de reuocatione grauaminis. Nam econtra plus arctatur iudex, à quo, quãdo agitur de reuocatione grauaminis, quàm quãdo agitur de apoſtolis. cum gl. cõcor. Pau. Dicit tamẽ, ꝙ ſi iudex. infr. terminum iuris, poſt terminum à ſe datũ, offert apoſtolos, quòd illos tenetur recipere appellans, quia poteſt iudex morã purgare: imo plus dicit quòd etiam, ſi poſt tempus iuris, offert, tenetur recipere. licèt non caderet in pœnam, non recipiendo,

piendo, quia dantur pro inſtructione, iudicis ſuperioris aſſignat cauſam. quia hic text. non imponit pœnam, niſi vbi non petat in primo termino, ſecundū Pau. Gl. videtur. quęrit, quid ſit in caſu illius, ver. verum, vel etiam in ſequēti, videlicet, quando iudex dedit terminū certum, vel terminum iuris, cōparuit appellans in termino certo aſſignato, vel infr. tempus incertum, in caſu ſequentis. ver. ipſo ſic comparente iudex dat ſibi nouum terminum ad illos recipiendos, in quo poſtea non comparēs an ipſe videtur renunciaſſe appellationi. *adde pract. Pap. in form. apoſtolorum. in §. infr. decem dies. Bar in l. 1. ff. de libell. dimiſſ.* gl. prima dicit. ꝙ forte fuit de mente, quod vltra ſecundam vicē, qua comparuerit, & petierit apoſtolos, non tenetur appellans comparere coram iudice, à quo, amplius pro cauſa prędicta. & ſic. ſi non comparet, non debet dici renunciare. deinde dicit, quòd tutius eſt, quòd ſi ſecundus terminus eſt. infr. terminum iuris. infr. quē, cùm adhuc iudex, à quo eſt iudex, reſpectu actus huius, quòd teneatur comparere coram

eo,in alio termino prorogato. dicit tamen, quod non putat, quòd teneatur amplius petere, ſed ſufficit tunc ſolum comparere,& ſic poſſet intelligi, quod primo dixit gloſſ. quòd vltra ſecũdam vicem non tenetur comparere, quia intelligitur ad effectum, vt teneatur petere. ſed ſufficit ſimpliciter comparere, & exhibere ſe paratum recipere, ſicut in ſimili dicit. ſupr.in decret. ſi à iudice.ſupr.eod.in 6. licet autem hoc tutius ſit,quod eſt dictum: concludit tamen gloſſ. quòd non putat,quòd dici poſſit negligens vel renuncians, ſi non comparet vltra ſecundam vicem. quia aliàs ſequeretur, quòd iudex à quo poſſet eum vrgere, & compellere ad comparendum ſingulis diebus,xxx. die quòd eſſet abſurdum, & ſic intelligo dictum Paul.hic. dicit enim, quòd iudex à quo poteſt ſtatuere terminum, dumtamẽ ſtatuat infra terminum iuris. vltra enim poteſt arctare appellantem, ſicut nec tunc in cauſa non procedere contra eum.ſupr.eo.vt ſuper.in 6. & eſt hic argumentum ſecũdũ eum, ꝙ terminũ iuris abbreuiet iudex facit.
eod.

eo.tit.cum ſit.vbi de hoc.ſed rectè con
ſiderando hic non abbreuiat, ſed præ-
uenit terminū ſibi à iure aſſignatū, ſed
alij aſſignatū abbreuiare nō poteſt re-
gulariter.28.di.de his.de reg.iur.indul-
tum.in 6.niſi in caſu in iure expreſſo:vt
d.c.cum ſit,&c. Glo.infr.dictum termi
num oppo.de ver. præced. Sol. ꝙ vbi
certus terminus fuit aſſignatus ad pe-
tendos apoſtolos.ideo in illo,& nō an-
te debet fieri petitio. hic autē incertus
fuit aſſignatus. ſ. terminus iuris. ideo
ſufficit.infr. terminum petere iterato:
Dicit tamen gl.ꝙ, licet dicatur termi-
nus eſſe incertus, quando ſimpliciter
reſpondet ſe daturum.infr. terminum
iuris:tamen ſecus putat, ſi reſpondeat
ſe daturū in termino iuris, vel vltima,
vel penultima die termini iuris, quia
tunc diceretur terminus certus aſſigna
tus in quolibet dictorū triū caſuum,&
ideo nō ſufficeret ante terminū cōpa-
rere: & ſic erit differentia, an iudex re-
ſpondeat ſe daturū infr. terminū iuris,
qa incertus eſt, & poteſt quādocūq; cō
parere.i.ipsū terminū iuris,an vero di-
cat ſe daturū in termino iuris. Per p̄di-
cta infert gl. ſatis eſſe hic expreſſum, ꝙ

16 ſi aliquis eſt † citatus, vel iuſſus, vt aliquid faciat, vel cōpareat, infrà certum tempus, ſicut quotidie fit. quod ſatis erit, quãdocunq; infr. dictum terminũ compareat: dumtamē congruo loco, & tempore cōpareat, vel faciat, quod incumbit, alleg. de dol. & contu. cum dilecti. de conſue. c. fin. lib. 6. & de præben. ſi pluribus. eod. lib. & de elec. c. 1. & c. cupientes. §. quòd ſi per xx. eo. lib. ex quibus poſſunt colligi exempla prædictorum, quando videlicet aliquid eſt fiendum infr. terminum. Quare autē in iſto ver. ſimiliter ſufficiat comparere quandocunq; infr. terminũ iuris, & non præcedēti, dic quòd eſt ratio, quia ſicut iudex liberatur hoc caſu, dando quandocunq; infr. xxx. dies: ſic etiã appellans debet liberari eos petēdo quandocunq; infr. illos quaſi totum tēpus pro ſe ſit indultum. arg. ff. de ver. oblig. l. ſtipulatio iſta. §. inter certam, & ita cũ momento. xxx. dierum ſit ad hoc arctatus, ſupr. prox. reſponſ. certo autem termino ſtatuto à iudice ipſe habet in illo apoſtolos concedere, & non ante. C. de dila. l. ſiue pars. ſic eodem modo appellans

appellans ante iſtum terminum peten do liberari non debet. alias fruſtra eſſet termin⁹ datus, ad hęc alleg. Pau. not. in Spec. de dila. §. 1. verſi. quid ſi dicatur. de conuer. coniu. ex publico † per hoc 17
infertur, ad dubium, quod tetigit gl. videlicet quid ſi ſtatutus eſt terminus ad petitionem actoris reo ad aliquid faciendum. infr. terminū, nunquid ſufficiat reo illud tempus, quandocunque comparere. & ſic opus eſt, actorē ſemper eſſe præſentem, vt ſic non circumducatur edictum. vt dicit Bar. ff de ver. obli. l. qui ante calendas, ꝙ quādoque ſtatuitur terminus reo ad actum momentaneum expediendum, ſicut eſt ꝙ compareat. infr. certum terminum. & tunc reus poteſt venire in quacunque parte iudicij. vt dixit gloſ. hic tamen actor, ad cuius petitionem datus eſt terminus, non eſt contumax, vt circundu cat edictum, niſi vltima die termini actor non eſſet in iudicio, nec aliàs poteſt iudex reum licentiare. ff. de iudic. l. & poſt edictum quia licèt reus poſſit, quandocunq; velit. infr. terminū venire: non tamen eſt præſumendum,

ꝙ veniat niſi vltima die termini. quia reorum eſt fugere. arg. ff. de verb. obl. l. ſi ita ſtipulatus fuero. x. *adde tex. in l. inter ſtipulantem* §. 1. *ff. de verb. oblig. & bo. tex. in l. properandum. in fin. princ. ibi præterfugientem. & ibi not. d. Iaſ. C. de iudic.* quandoq; datur terminus ad aliquem actum, non mometaneum, vt ad probandum in qua multa requiruntur. & hoc caſu, ſi pars expectaret vſq; ad vltimam die, tunc nil poſſet probare. ideo reus tunc. infr. terminum poteſt venire quandocunq; vult, debet tamen facere citare actorem, vt veniat ad videndum teſtium iuramenta, articulos, & probationes: vt in authen. ei qui. C. de temp. app. & l. 2. eo. tit. cū ſua gl. quare licet ſciat actor, ꝙ poteſt probari, infr. tempus ſtatutum: neſcit tamē qua die, vel hora, & ideo denuncianda eſt dies, vel hora: vt l. eum qui calendis. §. 1. ff. quod vi aut clam.
18 † quid ſi citatus eſt reus, vt veniat infr. 1 x. dies, duorū tres pro primo, tres pro ſecundo, & tres pro tertio, & peremptorio aſſignantur, vt compareat, comparuit in primo, & in ſecundo termino, & actor nō erat. non compa-

comparuit tamen poſtea in tertio, an erit contumax. Iaſ. de Aret. dicit quòd ſic, quia vltima mora nocet. ff. de pericul. & commod. rei vend. l. illud. idem Spec. in tit. de cita. §. videndũ. ver. quid ſi in primo, & ver. ſed eo. Bar. in d. l. qui ante Calendas, dicit quòd hoc non eſt verũ, & putat quòd non ſit contumax, quia ſicut reus in prima, & ſecunda dilatione non fuiſſet contumax, puniretur in expenſis. de procur. querelam. & not. Cyn. C. de iudi. l. ſancimus. ergo, actore non veniente, circumducitur edictum ad rei petitionẽ, accuſata actoris contumacia. ff. de iud. l. poſt edictũ, & ſic cautio non arctat eum. Item quia ſecunda, & tertia fit ad puniendam malitiam rei, ſi non venit in primo termino. in auth. iubemus. C. de iud. Si ergo reus comparuit in primo termino, apparet quòd ſecunda & tertia citatio euanuit. cum eius conditio deficiat. Fatetur tamen hæc vera, niſi iudex dixerit expectandam partem ad vltimam dilationem, vt d. l. & poſt edictum, de offi. deleg. |conſuluit, & ideò ſi reus nõ ſit licẽtiatus. quia iudex vult ad alium

terminum expectare, erit cõtumax in vltima, nec obſtat. l. ſtatu liberos. §. Stichus. ff. de ſtatulib. vbi requiritur, quòd repręſentet ſe in quolibet termino. qa ibi erunt tres dilationes datæ circa diuerſa, quia x. libræ in vno anno, & x. in alio. & x. in tertio anno debeant ſolui. hic autem ad idem erant duæ dilationes ſecundum Bar. d. l. qui ante Calen. ff. de verb. oblig. &c. † Gl. oblatos. quæ-
19 rit ad literæ intellectum, & declarationem cuius expenſis ſint tradendi iſti apoſtoli? dicit quòd communiter ſeruatur, quod expenſis appellantis. contra quod glo. dicit facere hãc literam, quę dicit eos offerri debere. & ſic expenſis offerre debentis deberent tradi ad inſtar eius dicimus quod de libello, qui debet offerri expẽſis actoris ex eo, quia lex dicit, offeratur libellus, & c. 1. C. de lit. conteſt. auth. offeratur canonizata. 3. q. 3. ad diem. alias idem. de offic. ord. ſi canonici. in 6. 2. q. 6. ab eo. & l. eos. ad fin. C. eo. vbi dicitur quòd dari debent etiam non petenti. *adde D. Fran. Cur. in add. ad Pract. Pap. in add. incip. isti apoſtoli.* vnde ibi præcipitur, & hic ſimiliter dari

ter dari,& exhiberi & 2 q.6.in fin. dicitur illos debere prçſtari.quod ſic patet, ꝙ gratuito id fieri debet. Ad hæc quia ſupr.eo.c.1.& c.Vt ſuper in 6 prçcipitur apoſtolos tradi debere. ſed quod præcipitur,imperatur,& neceſſe eſt fieri. 24. q 1. quod præcipitur, igitur &c. facit ꝙ no de elec. vt præteritæ in nouell. His non obſtat, concludit gloſſ. quòd de facto ſeruatur contrarium, quod dicit gloſ. æquitatem habere ſaltem in delegatis, quos non eſt æquum ſoluere de ſuo.arg.de reſcrip ſtatutum.§.inſuper. & ſe. in 6. quaſi velit quod de iure & de iuris rigore contrarium ſit dicendum. quod tene menti, quia ſecundum hoc dixit gl.idem ſeruari debere in locis, vbi ceſſaret conſuetudo. Zēze. vero hic dicit, quòd id, quod ſeruatur etiam de iure,ſ.quòd dandi ſunt apoſtoli expenſis appellantis, quia ius præcipit iudici, vt det apoſtolos, nō autem dicit, quod ſoluat expēſas. Nam ſi ſoluere tenetur expenſas, officium ſuum erit ſibi damnoſum,cōtra id,quod habetur,de prçcip.cum ex officij. de ele. cum non deceat.in 6. Item, quia ſic eſſet illaquea-

tus in dandis ſuis expenſis,vt & punire-
tur xxx. pondo auri. C.eo.l.quoniam.
Item,quia datio apoſtolorũ eſt de pro-
ceſſu.vt de proba. quoniam contra. ſi-
cut ergo de illo proceſſu, nõ dat copiã
20 ſuis expenſis, ſic nec de iſto. † Vltimo,
quærit glo. an appellans teneatur reci-
pere apoſtolos, & clauſos, & ſigillatos,
ſi iudex nolit dare aptos.glo.dicit vide-
tur, ꝙ non, quia forte non poſſet non
plenè factum narrare.arg.ſupr.eo.inti-
maſti.& ſic reſidet Zẽze. Item, quia re-
latio debet parti exemplari:vt d.c.inti-
maſti.C.de relat. l.1. & 2. Sed apoſtoli
dandi ſunt ſicut relatio.C.eod.l.à iudi-
cibus igitur,&c. Item, quia apoſtolis
debet opponi quare, & vtrum admit-
tatur,vel refutetur appellatio. ff.de ap-
pel.recip.l.ſciendum. ſupr.eo. c.1. in 6.
Si autem clauſi eſſent, tunc appellans
neſciret,an coram eodem iudice debe-
ret comparere,& procedere,ſi non de-
tulit, an coram ſuperiore ſi detulit ſe-
cundum Zenze.Paul.dicit ꝙ æquũ eſt,
quod dẽtur aperti, cum ſermo dirigat
ad appellantem, vt ſciat quid debeat
facere,vel quem procuratorẽ mittere.
arg.

arg. d. c. intimaſti. Si verò verba diriguntur iudici, tolerari poteſt ꝙ dentur clauſi. ſed iudex debet certificare appellantem, an detulit, vel non. propter id, 21
quod eſt dictum. † Glo. aut ſi, querit qd ſi appellans cum debita inſtantia petiit apoſtolos, iudex reſpondet, ſe illos daturum, non adiecto aliquo termino, vel nihil dixit, ſed tacuit, quid erit? Reſpondet ꝙ non tenetur vlterius cōparere, à contrario literæ, & quia aliàs eſſet inutile id quod dicitur. ſupr. proxi. reſpon. Idem & multo fortius ſi denegaſſet id, quod eſt expeditum in c. ab e. ſupr. eo. in 6. &c. † Glo vel infr. colligit 22
ex litera ꝙ iudex à quo, ſi vult, poteſt tenere impeditum appellantem. infrà totum terminum iuris. Nam non cogitur apoſtolos ante dare. Nā licet ſatis ſit appellanti cum debita inſtantia petere, non teneatur poſtea petere. vt ſuprà dixi. tamen teneatur expectare finē termini, vt videat, an iudex velit purgare moram, ſecundum glo. hoc intellige, vbi iudex dat terminum incertū, quia ſi dat terminum certum, illo elapſo, amplius non expectaretur, in caſu



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-245550-p0059-3

tamen, quando incertus ſtatuitur, vt dixi, nō videtur amplius requirere, ſed oblatos bene poteſt recipere: vt ſupr. eo. tit. ſi à iudice. in 6. ex quo enim ſemel infra terminum petiit, fecit, quòd debuit, & ſatisfecit iuri. vnde amplius non requireret ſecundum dom. Ant.
23 † Gloſſ. vltima quærit, quid eſſet, ſi expreſſe apoſtoli eſſent denegati. Reſpondet quòd tunc proceſſus iudicis à quo eſſet nullus exinde factus, poſt denegationem. ſupr. eo. ab eo. in 6. ſic erit in caſibus illis, in quibus ſurgit tacita denegatio. Deinde gl. ad declarationem decre. colligit ex litera ſeptem caſibus. quorū quatuor ſunt contra appellantem, & tres contra iudicem, & duos alios addit declarando pœnam iudicis, & pœnam appellātis, & clara eſt, & expoſitiua literæ, ideo videte eā per vos.

*SVMMARIVM.*

1 *Appellatio intra quantum tempus debeat proſequi: & quando incipiat currere tempus appellationis.*

2 *Appellatio extraiudicialis interponitur à futuro grauamine.*

3 *Terminus iuris non ſolum eſt ad proſequendum*

*quendum, ſed ad finiendum.*

4 *Termino ad proſequendum appellationem lapſo, deſerta eſt appellatio.*

5 *Et quid ſi tantum eſt lapſum de anno, & notorium eſt, cauſam infra terminum non poſſe finiri in reſiduo tempore, nec habet excuſationem.*

6 *Appellans, negans ſe appellaſſe, non auditur, ſi poſtea velit eam proſequi.*

7 *Appellatione deſerta, an iudex poſſit reaſſumere iuriſdictionem.*

8 *Appellans, ſi non proſequitur appellationem, an videatur tacitè renuntiare appellationi, & conſentire litigare coram iudice à quò.*

9 *Appellatio extraiudicialis, an æquiparetur iudicialis?*

10 *A, dictio denotat ſeparationem.*

11 *Dies termini, an & quando computetur in termino?*

12 *Tempus appellationis proſequendæ, an currat à die interpoſitæ appellationis, an à die inchoatæ proſecutionis.*

13 *Appellari an poſſit à futuro grauamine.*

14 *Appellatione deſerta ex lapſu anni, an iudex à quo poterit ſententiam mandare executioni.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-245550-p0061-1

SIcut appellationem iu. Ponit dictū. Secundo addit pœnam. ſecunda ibi
1 quod ſi. † Nota quòd tempus appellationis proſequendę eſt annus in appellatione extraiudiciali, ſicut & in iudiciali, de app. cum ſit Romana. Secūdo nota à quo tempore currat tempus appellationis proſequendæ, quia à die interpoſitionis, appellationis, vbi præterito grauamine interponitur, vbi autē à futuro, tūc à die grauaminis illati. de quo per doc. de appel. cōſtitutus. & hic
2 eſt caſus. † Tertio not. quòd appellatio extraiudicialis interponitur à futuro grauamine. Et no. quòd terminus iuris non ſolum eſt ad proſequendum, ſed
3 ad finiendum. † Et not. quòd aliud eſt ſtatuere terminū ad proſequendum, & aliud ad finiendum. per quod videtur, quòd habens terminum ad proſequendum non habet ad finiendum. ad hoc
4 quod no. de app. ex inſinuatione. † No. vltimo effectū lapſus termini ad proſequendum, quia eo lapſo deſerta eſt appellatio, adeo ꝙ appellans eam proſequi non poteſt. *adde tex. in auth. ei qui appellat cū ibi not. per gl. & Dd. C. de temp. appel.*

*appel.* Quæro quid ſi tantum eſt lapſum de anno, quod certum eſt, & notoriū, quòd cauſa infr. terminum non poteſt finiri in reſiduo tempore, nec excuſationem habet: Dic quod ſibi imputet, qui ſe arctauit. 2. q 6. ei qui. de offic. de leg. conſuluit. Iudex tamen appellationis nō poterit reaſſumere cauſam, donec totū tempus ſit elapſum. de elec. commiſ. in 6. ſecundum Guil. & Zēze. Quæro an ſufficiat mittere procuratorem, eo. ſ procuratore nō proſequēte. Paul. quòd non. ff. mandat. ſi procur. §. ſi tutores. & not. eo. tit. in Spec. §. nunc breuiter. ver. item quid ſi pars. & in v. ſed pone. † Nota ꝙ appellans negans ſe appellaſſe non auditur ſi poſtea eam velit proſequi. arg. de ap. per tuas. Paul. 6
† Quæro an iudex à quo poſſit reaſſumere iuriſdictionem deſerta appellatione. Paul. hic dicit quòd ſi iudex non detulit ex deſertione appellationis reaſſumit iuriſdictionem, quādo eſt appellatum ab interlocutoria, Si verò iudex detulit, tunc dicit quòd non poterit reaſſumere iuriſdictionem in principali, niſi ei facta fuerit remiſſio per iu 7

dicem ad quem, quia per dilationem totius cauſæ cognitio eſt in ipſum trãſlata, de app. cum appellationibus. in 6. d. Ant. dicit ſe iã de hoc dubitaſſe. ſentit etiam Paul. hic ꝙ delatio iudicis operetur, quòd etiam appellatione deſerta non reaſſumit iurisdictionẽ, niſi fiat à ſuperiore remiſſio. Ad hoc, quia, ex quo detulit, transfuſa eſt iurisdictio in iudicem ad quem, non reaſſumet. ergo quicunq; ſit euentus appellationis, quia iudex ad quem non habet cognitionẽ ex viribus appellationis, ſed ex viribus delationis quæ ſola ex ſe abſque appellatione transfert cauſam in ſuperiorem. d. c. cum appellationibus. habet enim illa delatio vim cuiuſdam relationis ad ſuperiorem, quæ ſola ex ſe negotium ad ſuperiorem transfert. C. de rela. l. 1. Ad hoc quod no. Doc. de appel. vt debitus. vbi dicunt quòd iudice, ad quem, pronunciante iniuſtã appellationẽ, non reaſſumit iurisdictionem iudex à quo, niſi ad eum fiat remiſſio. qua enim ratione pronũciatio contra appellationem facit, iudex non reaſſumit, eadem ratione nec deſerto.
appel-

Appellatio enim nō eſt illa quæ defert. quia nulla. ergo nec deſertio hoc operabitur, & ſatis videtur hoc æquum & rationabile ſecundū eū. Sed in oppoſitum alleg. quod no. in d. c. cum appellationib. in glo. in ver. refutari & ſuper ea. vbi poſſunt partes volūtariæ reuerti ad iudicem, qui detulit, quia remanſit habitu iudex. licèt exercitiū fuerit trāslatum ad iudicē ad quem. Sed reſpōde quòd ibi cognoſcet ex vi tacitæ prorogationis partium. exigitur ergo aut cōſenſus partiū, aut delatio iudicis. † Sed 8
diceres tu eo ipſo, quòd pars non proſequitur appellationem, videtur tacitè appellationi renunciare, & conſentire litigare coram iudice à quo, & ſic dicitur poſſe cognoſcere. *adde Bar. in l. poſtquàm liti, ver. op. & ſum. in glo. C. de pact.* Reſpondet quòd licèt videatur velle appellationi renunciare. non tamē videtur per hoc conſentire in iudicem à quo, quia cùm hoc ſtat ꝙ poteſt velle litigare coram iudice ad quem ex viribus delationis, ex quo delatum eſt. & per hoc operari poteſt delatio, etiā data nullitate appellationis. In cōtrariū

determinat gl.in d.c.cum appellationi. in verbo remittenda.ſ.ꝙ deſerta appellatione iudex à quo reaſſumit iurisdictionem, quia delatio illum effectum, ꝙ cauſa ſit translata in ſuperiorē, operatur conditionaliter, ſi appellans proſequatur. Ad hoc videtur caſus ſecundum do.Ant.ſupr.co.cordi.in 6.ver. ꝙ ſi appellatione. vbi etiā delatione data dicitur ꝙ appellante, reputabitur non appellans, & ad prioris iudicis redibit examen in expenſis condemnandus. apparet ergo quòd tunc non eſt neceſſaria remiſſio, quia ius remittit, & reintegrat poteſtatem iudicis, quòd verius putat, quia negare nō poteſt, quòd appellatio iūcta delatione operatur hūc effectum, quòd deuoluatur iurisdictio ad ſuperiorem. ceſſante ergo appellatione ita, quòd habeatur pro nō facta, reaſſumit iudex à quo cauſam. nō obſtat, quod no.doc. de appel. vt debitus, quia loquuntur doc. quia appellās proſequitur licet ſuccumbat. Ad hoc quia delatio ſe habet acceſſoriè ad appellationem, ſi non proſequitur appellatio euaneſcit & fingitur nō fuiſſe. ergo nec acceſſo-

âcceſſoriū delationis. & hoc eſt tenendum quicquid hic ſentiat Paul. & ſic dicit ſe de facto conſuluiſſe.&c. Gloſſ. extraiudicialem iuſtificat literam per decret.conſtitutis. ſupr.eod. vbi etiam Inno. idem tenebat, quod dicitur hic, erat tamen verius.Inno.in c.bonæ, eo. tit. quia dicebat primò, quòd in prouocatione nō īcipit annus, niſi à die qua factum eſt contra prouocationē. quia ex tunc incipit prouocatio tenere: vt dicit in c.cōſtitutis.poſtea dicebat prouocationis diem attendi: vt d.c.bonæ. Sed primum eſt verum, quando appellatur à futuro grauamine. ſecundū vbi ab illato. vt hic ſecundum Guil. 6. de elec. cum inter canonicos. & c. bonæ. &c.†Vltimo glo.opp. quòd æquiparetur appellatio extraiudicialis iudiciali: 9
vnde opp. de not. ſupr.eod.bonæ. poſt Hoſt. Sol.quo ad id de quo hic in litera dicitur æquiparantur.in multis autem aliis differunt,vt not. in d. c. bonæ vbi. 12.differētiæ ponuntur. de quibus etiā per Inno.in c.dilecti.de ma.& obed.de his quæ fi. à ma. par. c.1. ſecundū Guil. &c.†Gl.à die opp.hic videtur innuere 10

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-245550-p0067-4

quod pars diei, in qua interponitur appellatio, cedat lucro appellantis, cum iſta dictio A, ſeparationē not. vt no. de preben. ſtatutum. in 6. & l. ratio. § ſi per venditorem. ff. de act. empt. *adde de hac dictione Bar. in l. ratio. §. fin. ff. de act. emp. Bal. in l. à colligato. C. de nup. Alex. in conſ. 42. incipien. in cauſa & lite. in 3. volum. Alexan. in conſ. 114. in 5. volum.* ſed hoc videtur eſſe falſum, quia imo videtur computādum eſſe tempus de momento ad momentum. de re iudi. quod ad conſultationem. & C. eo. aut. hodie igitur, &c. Sol. gl. hic in tempore dato ad proſequendum appellationē, contrarium procedit in tempore dato ad appellandum. Ad primum gl alleg. pro concor. decre. pia. de excep. in 6. de reſtit. ſpol. frequens. eod. lib. Ad hoc etiam facit ſecundum Zenze. quia dies quo cautio promittitur non computatur in termino. ff ſi quis cautionib. l. 1. nec dies receptionis literarum in termino dato iudici ad cauſam finiendā. ſupr. eo. ſuper eo. el. 2. nec dies qua exceptio excommunicationis proponitur in 8. diebus datis ad opponendum. vt d.

Vt d.c.pio. nec dies in quo ſpoliato opponitur.in x.diebus datis ad opponendum illam. de reſtit. ſpol. frequens. in 6.nec dies in qua citatoria recipitur. 4. q.5.quiſquis,nec dies annotationis bonorum in anno dato ad recuperandū bona.ff.de requiren.reis.l.1.In contrarium facit quod dictum eſt de tempore x.dierum, dato ad appellandū, quia dies ſententię latæ in illo computatur. 2.q.6 anteriorum. ff.quando appellandum ſit.l.1.§. dies. ſic & in numero lx. dierum à tempore diuortij ad accuſandum.ff.de adul.l.patri.§.1. & dies delatæ bonorum poſſeſſionis computatur in centum diebus, datis ad illam petendam.ff.de ſucceſ.edict.l.1.§.dies, & §.ꝙ dicimus dies natiuitatis etiam computatur in 25. anno dato pro reſtitutione petenda.l.3.§.minorem. ff.de mino. & hoc vltimum placet Zenze.pro hoc etiam facit in arg. iſte tex. qui dicit à die interpoſitionis.Nam ſi dies non computaretur,non curreret annus à die interpoſitionis.Nam ſi dies non computaretur, nō curret annus à die: ſed poſt diem.niſi exponas à die.ſ.finita ad hoc

*adde facere in fin. quod nota per gl. in l. 2. §. creditum. in verſi. poſt nuptias & ibi Bar. & Dd. ff. ſi cert. peta.* quia fauore rei iudicatæ ſeu actus iudicialis, pro quo præſumitur & odio præſcriptionis annalis, ſic videtur annus computãdus per no. in d. §. dies, & §. minorem. Ad cõtraria dicit, ꝙ in eis dies, in qua fit aliquid, nõ computatur: quia ſic in illis iurib. cauetur. vel quia in eis non eſt fauor actus iudicij, ſicut hic. vel odium dat cauſam tali cõputationi. † ſic ergo colligemus
11 practicam ſeu theoricam, an dies termini computetur in termino, quia aut eſt fauor ꝙ non computetur, & computabitur, aut eſt fauor, quòd nõ computetur, & odium, quòd computetur, & non computabitur, aut indifferẽter ſe habet materia, & tunc dies termini non deberet computari. *de hac materia habetur plenè per dom. Iaſ. in l. 1. in pen. & vlt. c. 1. ff. ſi quis cautio.* nam, vt mihi videtur, cõputantur in termino, niſi vbi ius exprimit. ſic dicit hic Guil. certe cũ terminus tendat communiter ad tollendum ius, partis fauor eſt, quòd dies nõ computetur, & odium, quod computetur,

putetur, & ſic videtur per ſuam theoricam, quòd non debet cõputari. omnis enim pœna odioſa eſt. de reg. iu. in pœnis. in 6. Bar. & Bu. in l. 1. ff. ſi quis caut. dicunt quòd aut ſtatuitur terminus, vt infr. tres dies ſic facias, & non computabitur dies ſtatuti termini. ff. de verb. oblig. l. eum qui calendis, aut eſt ſtatutus terminus, dicendo facias hoc de hinc ad x. dies, & computabitur de momento ad momentum do. Ant. credit ſic dicendum, quòd ſi ſtatuitur terminus per aliquam dictionem notantem extremitatẽ, vt ab hinc, vel ab hac hora. & tunc computatur dies termini. Si autem non eſt aptum tempus notare extremitatem minimam, vt ab iſto die vſq; ad x. dies, idẽ quod ſtatim dicetur. Quandoq; non adiicitur aliqua dictio notans extremitatem, & tunc ſi ſtatuitur terminus ad tollendũ priuilegium ſpeciale cõtra ius commune, computabitur dies. l. 3. § minorem. ff. de min. Si ſtatuitur ad aliud, & tũc ſi curſus termini ordinatur in fauorem, computabitur dies termini, ſi curſus termini ordinatur in odium, quia ad tollendũ fa-

uorem, & inducendam pœnam, tunc dies termini non computabitur, quia tunc non fit computatio de momẽto ad momentum. ad hoc quod no. gl. de elec. cum in cũctis. ex hoc apparet deciſio principalis puncti gl. An. ſ. in caſu cle. dies computetur in anno, quia cũ hoc tempus ordinetur in tollendo ius defenſionis, non computabitur tẽpus de momento ad momẽtum. hæc vera niſi aliud ius exprimat, quia tũc in caſibus ſuis ſtandum eſt, ei, quod determi-
12 nat ius. † Sed prædicta intelliguntur in dubio, & per hoc apparet reſpõſum ad motiua Zenze. Redeo ad gl. in ver. ſcire debes, & opp. & videtur quod tẽpus appellationis proſequendæ nõ currat à die interpoſitionis appellationis, ſed à die inchoatæ proſecutionis, vel à tempore ſententiæ ſtatim, vel poſt duos mẽſes. Vnde opp. de. l. fin. C. de temp. app. & in auth. de iudi. §. appellationes. colla. 6. & quod ibi not. & per Hoſti. de app. ex ratione. Sol. glo. ꝙ de hoc olim erant opi. vt colligitur ex no. in iuribus alleg. & gl. refert ſe hãc opi. olim diſputaſſe. & v. erant circa hoc opiniones, vt no. in

no.in dictis locis, vt ex not.in dictis locis colligitur quas hic gl. refert & finaliter concludit pro opinione quæ hic approbatur, quā gl. iuſtificat aliquibus mediis, etiam inſpecto iure antiquo. ſed non eſt neceſſe inſtare, cum habeamus hic deciſionem, & ſic amplius nō ſit dubitatio, ex quo eſt caſus deciſus. l. ancillæ cum ibi no. C. de furtis. *adde Imol. in clem. ne Romani in primo notabili. ſupr. de elect.* Ad contraria reſpondet, vt dicit glo. in quibus non eſt neceſſe inſtare. quia eſſet vt plurimum declarare leges. quod nō expedit canoniſtis, poteſtis etiam dicere ad l. fin. C. de temp. app. quod corrigitur per hanc decret. ſaltem in foro eccleſiæ. ſic & eodē modo ad illud authenticum de iudi. §. appellationes, col. 6. ſecundum Zenze. Quia melior eſt ſolutio gl. vt iura iuribus concordētur de elec. cū expediat. in 6. † Glo. à futuro opp. quòd à futuro 13
grauamine non poſſit appellari. vnde opp. d. ca. dilecto. & quod ibi not. ſupr. de app. Soluit quòd contrarium procedit in actu iudiciali, quod in iudicio nō licet appellare, niſi grauamine iam

illato, ſubaudi, vel comminato, vt in cõtrario, & ſic ſufficit illatio re, vel ſpe, per comminationem. eo. tit. cũ ceſſante, de quo in ſpe. eod. tit. §. in quib. ver. 86. Hic autem loquitur in actu extraiudiciali, vbi poteſt appellari à futuro grauamine. Exemplũ ſi appellatur, ne fiat electio, niſi canonica, vel ne fiat niſi denominato per maiorem partem capituli, vel poſſeſſor inquietetur in poſſeſſione, Nam ex tunc demum, quãdo factum erit contra appellationem currere incipiat tempus, vt hic dicitur & facit. ſupr de elec. auditis. & c. conſtitutus, & c. bonæ. & hic eſt intentus literæ glo. ſequentes ſunt faciles & literales. Glo. impedimentum attingit ſecundã partem, quærit cum multipliciter poſſit eſſe impedimentum. ſ. ex parte iudicio appellantis & appellati iuxta not. ſupr. eo. ex ratione. & in Spec. eo. tit. §. nunc breuiter. an habeat locum, quòd hic dicitur, reſpõdet quòd ſic, cum indiſtinctè loquatur, quid autẽ ſi impedimentum proueniat, facto tertij habetur. ſupr. eod. ſignificauit, & ff. de dolo. l. arbitrio. §. dolo, quia currit tempus,
ſed

ſed datur actio de dolo contra illum, ſi ſit ſoluendo, aliàs reſtitutio. *adde Alex. in add. Bart. in l. autem ei qui appellat. C. de temp, appel.* Item. quòd ſi facto partis habetur. infr. c. proxim. coram quo autem debeat fieri fides de hoc impedimento. dicit quòd coram iudice ad quem, ſi eſt appellatio interpoſita per not. C. eo. l. preſes. ſed qualiter fiat fides de dicto impedimento. Spec. in §. nũc breuiter. ver. quid ergo tacet quòd ſufficiat facere fidem per iuramentum. & ſic dicit Clementem quarum pronun ciaſſe idem Bar. ff. qui ex cauſ. in poſſeſ. ea. l. 2. §. fin. do. Pet. contra per l. fin. C. de temp. app. vbi dicit euidentiſſimis probationibus debere de eo fieri fidẽ. & quia etiam non ſufficit quem verè impeditum niſi proteſtetur: vt de reſcript. plerunq; & c. 1. vt de app ſi iuſtus metus, & de no. opp. nun. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori, &c. † An autẽ de- 14
ſerta appellatione ex lapſu anni poſſit iudex à quo mandare ſententiam executioni. Inno. quòd ſic. in d. c. ex ratione quãtum autem debet impedimentum eſſe, vt habeat ſecundum annum,

dic ſufficere quodcunque modicum, ſi ſemper fuit diligens, ſi vero aliquando fuit negligẽs. tunc ſi inchoauit cauſam proſequi tali tempore quo poterat finire: idem alias negligentia corrodit diligentiam.

*SVMMARIVM.*

1 *Appellatio ſi impeditur proſequi, an propter impedimentum ſubducatur aliquid de tempore proſequendi. Et quid ſi fiat compromiſſum, an currat inſtantia proſequendi, & quis iudex poßit præcipere executionem appellationis. & nu. 2. 3. & 4.*

5 *Compromiſſum ſecundum, an faciat expirare primum?*

6 *Compromiſſo durante, vel expreſſo conſenſu partium, quare non currat tempus.*

7 *Compromittentibus, an currat tempus?*

QVandiu appella. Primo ponit dictum. Secundo ab illo exceptionẽ. ſecunda ibi: niſi. Et ſupplet in tribus. aut. ſi tamen. C. de temp. app. Primo in eo, quod dicit de expreſſo cõſenſu. Secundo in eo, quod dicit de termino hominis. Tertio in exceptione, quam facit.

facit. † Nota primò, quòd impedimen 1
tum ſurgens ex expreſſo conſenſu partium detrahit de tempore, dato ad appellationem proſequendam. † No. ca- 2
ſum in quo iudex ſupplet ex officio proſequendo talam, quando eſt inchoata ad publicam vtilitatem, ita quod imminet periculum publicum ex dilatione, vide ſupr. de app. oblat. & quod no. in cle. ſi duob. vt lit. pen. per d. Ant. Ex hoc not. Guil. quòd vbi intereſt tertij, vt reipublicæ, vel Eccleſiæ, vel priuati, cogi partes litigare, vbi eſt periculum animæ litigantium. de collu. c. 1. de lib. oblat. c. 2. in fin. † Quæro an compro- 3
miſſum, vel cōſenſus partium, habeat impedire curſum temporis ad appellandum. Pau. quòd non, quia hic loquitur de tempore ad proſequendum tantū. ideo ſecus in tempore dato ad appellandum, & poteſt eſſe ratio. quia iſti x. dies dantur parti grauatæ, & ad ſuſpendēdum effectum grauaminis. Sed tempus proſecutionis datur vtriq; parti, ideò cōſenſus communis facit illud dormire, vt hic. Item illi x. dies dantur ad transferendum cauſam ad ſuperio-

rem,& non ad litigandum. vadens autem ad arbitros,nec appellat, nec facit aliquid loco eius, vel ꝙ ſortiatur eius effectum,ſed tempus ad proſequēdum datur ad litigandum,quod faciūt euntes ad arbitros,& ſic nō currit tempus. C.de inoffic.teſtam.l.contra maiores,
4 ſecundum Pau.† Quero quis erit iudex qui habet præcipere proſecutionē: dic ꝙ iudex appellationis.de reſcrip.dilec. 2. vel etiā iudex à quo eſt appellatum. ſupr. eo. cum ſit Romana. & no.de re-
5 ſcrip.c.fin. ſecundum Zenze. † Tertiò proſequitur hic Paul.quare ſecundum compromiſſum facit expirare primū. & non ſecundum compromiſſum facit expirare iuriſdictionem delegatam præambulam, quod eſt expeditum. de offic.deleg.ſignificantibus. & in Spec.
6 de arbit.§.finitur in fin. &c. † Quæro quartò de ratione, quare interim durante compromiſſo, vel expreſſo conſenſu partium,non currit tempus,*adde Alex.in add.ad Bar. in auth.ſi tamen.C.de temp.app.Fe.in c.ex ratione. extr. de appel.* dicit hic Guil.quòd eſt ratio, quia hoc tempus eſt datū in fauorem partium.

& ſic

& ſic illi renunciare poſſunt in parte, vel toto. C. de temp. app. l. fin. de offic. deleg. de cauſis. cum ſi. quod intelligit hic Guil. vt compromiſſum impediat in caſibus, in quibus poſſunt componere, alias contrà. de tranſac. ſuper. eo. & c. fin. de preben. in fin. 1. q. 2. quã pio. de tranſac. ſtatuimus. Glo. 1. dicit vnde ſumi potuit hæc cle. Adde ꝙ ſumi potuit, etiam ex aut. de his, qui integrè ad appel. §. 1. & ſe. & ex no. per Inno. ſupr. eo. ex ratione, & per glo. de renun. veniens. & in Spec. eod. tit. §. vt breuiter. ver. item. fallit ſecundũ Guil. & Zenze.
† Glo. compromiſſum opp. quod imo 7
currit tempus cõpromittẽtibus. vnde opp. de. c. ſi compromiſſarius. 1. reſpõ. de elec. in 6. Sol. gl. ibi in tempore dato ad eligendum, quod currit eligẽtibus, licèt cõpromiſerint, hic autẽ tempore dato ad proſequendum appellationẽ. Ratio diuerſitatis no. in cõtrario, quia hic conſentit præſcribentes, & ille contra quem præſcribitur. ibi conſentit ſolum ille contra quem præſcribitur, & ideo non preiudicat præſcribenti, cùm ibi proueniat compromiſſum ſolum à

facto eius contra quē præſcribitur, hic ex facto vtriuſq; no. Inn. de elec. ne pro defectu. vel dic, ꝙ ibi non eſt verū compromiſſum, ſed iuris eligēdi trāslatio, quo quis non vtitur, per ſe, vel alium. ideo currit tempus ſecundū Zenze. ꝙ autem hic dicitur tempus nō currere, procedit durante compromiſſo. per ꝙ glo. infert, ꝙ eo finito ſtatim curret, & ſic ſi infr. tempus compromiſſi compromiſſarius non pronunciat, vel pronunciat, ſi appellans vult ſoluere pœnā & proſequi appellationem, poterit id fieri, & ſtatim tunc currit tempus, *adde Bal in l. eos. §. apoſtolos. C. de ap. & Alex. in add. ad Bar. in aut. ſi tamen. C. de temp. app.* Ratio, quia talibus modis finitur compromiſſum, quinimo plus dicit gl. ſ. ꝙ etiam, ante finitū compromiſſum, per lapſum termini, vel per ꝓnūciationē, potuiſſet appellans redire ad iudicem, à quo ſoluendo pœnam, & ſic ſoluēdo compromiſſum iuxta no. de offi. dele. ſignificantibus in 4. gl. Nec obſtat prædictis hęc litera: imo potius facit prout glo. quia hic ſolum durante tempore compromiſſi, dixit, non currere tempus.

pus, vnde hæc cle. non tollit beneficium iuris, quo poteſt contradici dato arbitrio ſoluendo pœnam, C. de arbit. l. 1. aliàs iuris authoritate quis deciperetur, & metu perdendi proſecutionem appellationis cogeretur ſtare iniquę ſententiæ, vel ius proſecutionis indefenſum dimittere, contra illud. ff. de petit. hæred. l. illud. ſecundum Zenze. aut dixit gloſſ. hic, quòd ſoluendo pœnam poteſt poſt tempus compromiſſi redire ad iudicium, eſt verum, niſi ſit dictum in compromiſſo, quòd pœna totiens cõmitratur, quoties fuerit contra factum, & nihilominus compromiſſum ratum maneat. quo caſu, non poſſit redire ad iudicem durante tempore compromiſſi, vel laudo lato. alleg. no. in ſum. de arbit. § qualiter conſtituatur. ver. ſed ex quo ſemel. & vnde ſe. igitur, ſecundum præmiſſa. & in ver. ſi compromiſſo, ſecũdũ Lap. facit. ff. de arbitr. l. ſi duo. §. fin. & quod not. eod. titul. l. 2. &c. Glo. vel alias quærit quæ poteſt eſſe cauſa, quæ mouet contrahentes ad paciſcendum, vt non currat tempus. dicit glo. forte peſtis,

vel alia ſimilis cauſa ſuperueniens in loco, propter quem diſpoſuerunt diuertere & ſeparare ad tempus à loco, & conuenerunt, quod interim non curreret tempus. Idem dicit Paul. ſi nuda voluntate deſiſtunt, ꝙ intellige quãdo faciunt ex expreſſo conſenſu, & aduertendum, vt dicit glo. in princ. ꝙ in hoc caſu hæc cle. ſupplet auth. allegatum in 1. glo. Glo. expreſſo quæro, an ſufficeret tacitus conſenſus, vt quia ſimul appellans, & appellatus redeunt ad domicilium, vel longam peregrinationem ſimul arripiunt, an ſufficiat, vt interim non currat tempus, dicit gl. quòd non, per hanc literam à contrario, quæ requirit expreſſum conſenſum interuenire. vnde imputat ſibi appellans, qui expreſſam conuentionem nõ fecit, vel procuratorem non dimiſit ad proſequẽdum. hoc tene. licet Guil. conetur defendere, ꝙ tacitus ſufficiet. ſed non bene, quia à verbis literæ non eſt recedendum, ſecũdum Zenze. & Pau. facit, quòd non. ſupr. eod. his qui contra certam. in glo. ab homine ponderat hanc literã. quę non ſolum loquitur in tempore

pore iuris,ſed etiã hominis. per quod dicit gl. hic eſſe ſecundũ per quod ampliatur auth. alleg.in 1.glo. dicit Pau.ꝙ ampliat ad tempus hominis, ſiue ſit ſtatutum à iudice, ſiue ab appellante, ſecundum Pau. quicunq; terminus ſit, qui tamen potuerit à iudice ſtatui. de quo.de app.ex inſinuatione, ſecũdum Zenze,&c. Gl.currere, quærit de intellectu literæ,& reſpondet, quòd intẽtus literæ eſt, quòd interim dormiat tempus,& non currit. *adde Matheſ. in notabilibus ſuis in 2.car.no.quod tempus inſtantiæ.* finito autem cõpromiſſo, vel tempore limitato ex expreſſo conſenſu partium ſolum habebat de tempore appellationis proſequendę, quod ſuperat tempore compromiſſi, vel expreſſati conſenſus, non autem integrum tempus, quod datur à principio ad proſequendum.alleg.no.in ſimili. de reſt.in integ.elc.vna. & ff.eo. qui.caut.ma. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. Nec obſtat de elec ſi electio.in 6.quia diuerſitas caſus tollit contrarium.&c. Glo. niſi forte ponderat literam, quæ addit terminum,ſuppletur aut. præalle. &c.

Glo.imminere ponit exempla, quãdo poſſit imminere periculum, puta quãdo eſt quæſtio de cauſa electionis, ſeu de matrimonio ſpirituali, vel etiã carnali. ſupr. eo. oblatæ. & vt lit. non conteſt. quoniam in aliis quæ celeritatem deſiderant, de quibus plenè in c. fin. de elec. in 6. Glo. vlt. declarat, & exponit literam.

*SVMMARIVM.*

1 *Appellatio ab interlocutoria, vel grauamine ex quibus cauſis poſſit iuſtificari vel impugnari.*

2 *Appellans debet cauſas in appellatione nominatim exprimere, & expreſſè: nec ſufficit tacitè, vel in genere exprimere, & num. 3.*

4 *Si appellatur ab interlocutoria, an ſufficiat appellantem exprimere illam iniuſtam, licet non exprimatur, in quo ſit iniuſta.*

5 *Et quid ſi appellans velit proſequi alias cauſas, quam expreſſas, tamen notorias, an poſſit?*

6 *Notorias, an, & quando releuet ab onere probandi. de appel. c. appellanti.*

7 *Appellans an poſſit proſequi alias cauſas*

*præter*

*præter expreſſas in appellatione.*

8 *Grauaminis veritas poteſt, & debet probari coram iudice ad quem ad iuſtificandam appellationem, licet de hoc non fuerit facta probatio coram iudice à quo.*

APpellanti ab interlo Duæ ſunt partes, ſicut duo ſunt dicta, ſecũda ibi, nec proceſſus. † Not. quòd appellatio 1
ab interlocutoria, vel grauamine, non poteſt iuſtificari, vel impugnari aliis cauſis, quàm deductis coram iudice, à quo, & ſic in iſto appellans, & appellatus à pari iudicantur. quod no. Not ſecundo, quòd cauſæ in appellatione debent eſſe nominatim expreſſæ, nec ſufficit, quòd tacitè exprimantur, vel in genere ad hoc. de app. conſtitutus non ſufficit ergo illa proteſtatio, de qua ibi. *adde Bar. in l.* 1. § *quid ergo. ff. de app. & ibi Alex. in apoſtill.* † Quæro, an per hoc ca- 2
pitulũ exigatur maior expreſſio cauſæ appellationis, q̃ requireretur olim per c. vt debitus. ſupr eo. & c. cordi. eod. tit. in 6. dicit hic Guil. q́ non ſatis eſt nominatim expreſſa cauſa, & per demonſtrationes, & interlocutiones de ea cõ-

ſtat. Quædam autem proſequitur hic Pau. de appellatione à diffinitiua, in qua nõ exigitur expreſſio cauſę,& quomodo ex alijs poteſt iuſtificari,omitto, vt expedita.de ap.vt debitus Et an ſufficiet,alteram ex cauſis probare, etiam omitto.per not.de reſcript.c.2.de iudi. exhibita.de app.ſignificante.& de proba.licet cauſam. Quæro,an hæc cle.locum habeat in appellatione interpoſita ad Papam.Zenze. quòd ſic,quia cle. loquitur indiſtinctè.ideò licèt aliàs habeat iuriſdictionem per viam querelę, tamen non poteſt cauſa appellationis iuſtificari, niſi ex cauſa deducta, &c. †Gl.2.opp.de no.per Inno.de no ope. nun.c.pen. vbi tenet, quòd ſi appellatur ãb interlocutoria, ſatis eſt appellantem exprimere illã iniuſtam, licet non exprimat, in quo ſit iniuſta, vel quare, glo.reſpondet,ꝙ ibi ponitur opi.Inno. quæ hic reprobatur. nam & ipſemet in præalle.c.in alia parte dicebant ꝙ hoc eſt minus generale verbum,ſic appellare.Hoſt.autẽ ibi tenebat cõtra op.Inn. & hæc opi.Hoſt.hic approbatur.quę etiam placebat Spec.vt refert glo.& pro hoc

hoc facit, quia aliàs non eſt differentia inter appellationē à diffinitiua, & inter appellationem ab interlocutoria, cuius contrarium vult apertè hæc decre. vt debitus. ſupr. eo. tit. & ꝙ ibi no. in 6. Nam in appellatione à diffinitiua, non eſt neceſſe exprimere cauſam, vt dictus iuribus. & l. ſcio. ff. de app. & ſic, ſi idem eſſet in interlocutoria, non eſſet differentia inter ipſas, contra iura prædicta, an autem ſententia lata ſuper peremptoria dicatur interlocutoria, an verò diffinitiua, remittit gl. ad no. infr. eod. cle. fin. Pau. hic in principali pūcto gl. ſaluat opi. Inno. & no. quia dicit illam procedere in interlocutoria, cuius iniquitas detegitur ex allegationibus iuris. de no. ope. nun. ſignificantibus. de teſti. ſignificauerunt. & de reſcri. ſignificante, & c. Rodulphus. & ſeq. de iudi. exhibita. de libel. ob. c. 2. non enim tūc opus eſt exprimi, cùm ex ipſo tenore ſententiæ appareat iniquitas. ſupr. tit. 1. paſtoralis. Sed vbi iniquitas debet detegi ex allegationibus, & probationib. facti. ita quòd quæſtio eſt facti, & non iuris, habet locum, ꝙ dicitur hic, quia

opus eſt eam exprimere in appellatio-
ne ab interlocutoria .ſ.quando ſit iniu-
ſta, ſecundum Pau. quem proſequitur
Lab.nec obſtat quod dicit gl.iſta noto-
rietas non excuſat ab expreſſione, quia
intelligenda eſt de alio notorio, quàm
de notorio ex actis cõſtante,vel tenore
ſententiæ,quod eſt valdè notãdũ,certe
ſi hoc eſt verum,ſufficeret vbicunq; ex
actis aperte cõſtaret iniquitas,quia ſuf-
ficeret dicere tũc, appello propter ini-
quitatem ſententiæ, quod eſt euidens
ex actis, &c. Glo. iudicis quærit quid ſi
appelletur à grauamine partis.Reſpon
det quòd in illa ,ſecus à contrario lite-
ræ. Item, quia illa etiam ex futuro gra-
uamine poteſt iuſtificari: vt ſupr.e.cle.
ſicut appellationẽ.quod nõ eſt. quãdo
appellatur à iudice, vt ibi fuit dictum.
5 †Glo. alias quærit, quid ſi velit ꝓſequi
alias cauſas, quàm expreſſas, tamẽ no-
torias,an poſſit quidam , quod ſic per
c.2.vt lit.nõ conteſt. & quod ibi not.in
1.glo. contrarium tenet glo. quia licèt
notorias releuet ab onere probãdi, nõ
tamen releuat ab onere proponendi.
vt ſupr.in d.c.2.ſuper.1.glo. & ſic debet
intel-

intelligi præalleg. c. & etiam hæc cle.
† Nota bene iſtam gl. quæ quotidie al- 6
legatur pro ſingulari, videlicet ꝙ noto
rietas nõ releuet ab onere proponẽdi,
licet ab onere probandi. ſic facit ꝙ no.
Bar. in ſimili ff de adul. l. ſi adulterium
cum inceſtu. § pen. & in l. cum qu d ff.
ſi cert. pet. *adde quòd illam gl. dicit ſingu.
Alex. in add. ad Bar. in l. ſi adulterium cum
inceſtu. §. idem pollitioni. ff. de adul. Et ad i-
ſtã gl. vide omnino. Iaſ. in 2. ff. ſi quis in ius
voc. non ie. Et vltra cum limit. ſing. vt per
Felin. in c. prudentiã. ver. non obſt. tex. ext.
de offi. deleg. & adde etiã Iaſ in l. ſi vero. §.
1. ff. qui ſatiſd. cog. Alex. in add. ad Bar. in l.
ciues. C. de ap. Felin. pleniſsime in c. cum or-
dinem. cum ſex ſe. de reſcr. limita etiã text.
huius gl. dummodo quis tutè poſsit allegare.*
Tempera tamen iſtam gl. niſi noto rie-
tas procedat ex actis, vt proximè dixi.
Nec obſtat quod do Inno. de offi. vica.
c. 1. de iud. examinata. in add. per Inno.
quia illud dictũ procedit, quando pro-
pter finẽ notificãdi iniuſtitiæ expreſſo
exigitur, quia tunc ſufficiet libellũ con
tinere apertam iuſtitiam ex tenore li-
belli, vel aliàs extrinſecus. & ſic tũc no-

torium,& expreſſum parificantur. hic autē propter finem opponendi,& proſequendi exigitur expreſſio, non ſimpliciter, propter finem notificādi, &c. Gl. nominatim opp. quòd requiratur etiam expreſſio ſpecifica, & ſingularis. de elec. vt circa. Solu. ibi in appellatione quę interponitur extra iudicium ex cauſa beneficiali, vbi maior expreſſio requiritur, quam hic in aliis appellatio
7 nibus, ſicut dicit gl. & bene, &c. † Glo. expreſſas opp quòd etiam alias cauſas, quàm expreſſas in appellatione poſſit proſequi appellans. vt l. ſcio. ff. de ap. & no. ſupr. eod. cum cauſam. & c. vt debitus, & 2. q. 6. non ita. Sol. olim de hoc erāt opiniones. hic approbatur opi. Ber. de quo in c. cum cauſam. in vlt. gl. alijs reprobatis. Nec obſtat l. ſcio. ff. de app. quia loquitur in appellatione à diffinitiua, non in appellatione ab interlocutoria. Deinde glo. in ver. & no. inducit cle. contra ſtylū curiæ, qui habet, quòd ſi appellatur ex pluribus cauſis, eligitur vna, & illa ponitur in reſcripto cōmiſſionis. Nam videtur, quòd omnes debeant exprimi per hanc cle. quæ in ſingulari

gulari loquitur. de appellante,& in plurali dicit, quòd cauſas expreſſas poteſt proſequi,& ſic nõ debet arctari ad proſecutionem vnius expreſſarum in appellatione. Paul. hic dicit ꝙ cle. poteſt ſaluari, vt non lędat ſtylum, nec practicam curiæ, intelligendo eam, quando quis proſequitur appellationem, corã iudice, ad quẽ, practica procedat, quando cauſa delegatur extra curiam, vel in curia. Nititur autem ſtilus curiæ ex æquitate, ne appellans exprimat falſas cauſas in appellatione. nã propter ſtylum prædictum veriſimiliter non exprimetur aliqua falſa cauſa, ſed ſolum vera. quo caſu non intereſt parti, dictã electionem non fieri. Fatetur tamen quod dictus ſtylus eſt contra ius. ſed ꝙ appellans poteſt proſequi omnes cauſas expreſſas, licet nõ expreſſas nõ poſſit, vt hic, ſecundum Paul.&c. Glo. nec proceſſus opp. de no in d.c. pen. de no. op. nun. per Inn. vt lit. non conteſt. c. 2. Sol. ibi ponitur opi. Inno. quæ hic reprobatur approbata opi. Hoſt. ibi poſita, quę tenebat, quòd hic deciditur. nec obſt. ff. de app. l. ſcio cum ſi. quia loqui-

tur quãdo appellatur à diffinitiua, hic quando patet ab interlocutoria, patet, quia dicit, proceſſus non poteſt iuſtificari, &c. Non autem dixit ſententia, & eodem modo reſpondetur ad decret. cum Io. de fid. inſtru. & de teſti. fraternitatis. quod cum dictum eſt de diffini tiua, intellige ſaluo caſu cle. 2. ſupr. de teſtib. Glo. ex nouis, iuſtificat literã per not. per ſe, vt lit. non conteſt. c. 2. & per decre. dilecto. ſupr. eo. concludẽs, ꝙ, vt poſſit fieri proſecutio ab appellatione, ab interlocutoria, exiguntur duo coniunctim. ſ. ꝙ grauamen præceſſerit appellationem, & quòd fuerit expreſſum in ipſa, &c. Glo. probandum op. de no. in c. interpoſita. 1. reſpon. ſupr. eo. Sol. gl. aliud eſt quærere, an nulla pœnitus debeat fieri probatio coram iudice ad quem, quę facta non fuit coram iudice à quo, & dico ꝙ non, imo bene poteſt,
4 & debet † ꝓbari veritas grauaminis coram iudice ad quem, ad iuſtificandam appellationem, licet non fuerit de hoc probatio facta corã iudice à quo, dummodo grauamen appareat illatũ parti ex primo iudicio, vt hic: aliud eſt quærere,

rere, an oporteat, ꝙ grauamen, vel iniuſtitia pateat ex actis coram iudice à quo, & nunc dico, quòd ſic, quia hic eſt intentus literę, per hęc ſequitur clarius declarando ꝙ propoſui exceptionem, & obtuli probationem, & non fui admiſſus, hoc probato, apparet grauamē. & ſimiliter ſi exceptionem legitimam oppoſui. & obtuli probationem, & nō fui admiſſus, hoc probato apparet grauamen. & ſimiliter, ſi exceptionem legitimam oppoſui, & probaui, & nō fuit admiſſa probatio, ſimiliter apparet grauamen. Si autem excipiebam actorem excommunicatum minori, & iudex illam repulit, non poterit iuſtificari appellatio, nec impugnari proceſſus, probando illum excommunicatum maiori, de quo nō fuerit obiectū in primo iudicio, & ſimiliter ſi appellaui propter exceptionē de loco non tuto non admiſſam, non poterit iuſtificari proceſſus, & impugnari appellatio. ſi nunc probetur me reconciliatum, quia hæc cauſa non eſt poſita in primo iudicio. Habetis ergo ꝙ oppoſitio exceptionis legitimæ, & oblatio probationis iuſti-

ficat appellationem, exigitur tamē tūc ſecundum Pau. ꝙ appelletur, tunc non ſolum propter exceptionē nō admiſsā, ſed propter probationem non admiſſam. vt no. Ber. de teſt. ex parte ade. quo caſu ſic proficit iuſtificatio quo ad finē retractādi attenta, tum, ſiue poſt interlocutoriam, ſiue diffinitiuam: vt no. in d. c. ex parte ade. licèt aliqui diſtinxerūt & malè inrer attentatū diffinitiuæ vel interlocutoriæ. Item procedit, ſiue exceptio, cuius probationes obtulit, fuerit dilatoria, ſiue peremptoria, licet gl. hoc aliter intellexerit, vt in d. c. ex parte, quia iura de hoc loquuntur indiſtinctè. de reſcr. ſignificante. de iud. exhibita. de libel. obl. c. 2. & de offi. deleg. c. cū olim. & ſic illa probatio releuat ab onere probandi, quo ad iuſtificationem appellationis, ſed non quoad effectum exceptionis proſequēdæ, ſiue exceptio ſit dilatoria, ſiue peremptoria. imo ꝙ ad hoc erit neceſſe, eam probare corā iudice appellationis, alias iniquitas iudicis à quo finale præiudicium parere poſſet parti ſine remedio, quod nunquam fuit de mente iuris, ſecundum

Pau.

Pau. & hoc etiam Ioan. And. in d c. ex parte ade. & ibi per do. Ant. Glo. vlt. eſt literalis, &c.

## *SVMMARIVM.*

1 *Appellatione deſerta, an ſententia tranſeat in rem iudicatam. & nu. 9.*

2 *Et quid ſi deſeritur proſecutio de conſenſu partium, an poßint partes appellationæ deſerta proſequi appellationẽ. & nu. 3.*

4 *Appellanti factum, an debeat prodeſſe appellanti.*

5 *Appellatione deſerta, an poßint partes ſi velint aſſumere litigium ſuper appellatione, & valeat proceſſus ſuper illo.*

6 *Sententia contra ſententiam non valet in eadem inſtantia, nec etiam valet ſententia contra ſententiam in ſecunda, valet tamen ſi non erat deſerta.*

7 *Actor poteſt iuribus contrariis vti in diuerſis inſtantiis.*

8 *Cõpromiſſum poſt ſententiã non valet.*

10 *Appellatione deſerta non poteſt quis ſequi nullitatem.*

11 *Sententia contra ius litigatoris quare tranſeat in rem iudicatam.*

SI appellationem. Non recipit diui-
1 ſionem. †Nota primo ꝙ deſerta appellatione ſentantia tranſit in rem iudicatam. *adde tex. in auth. ei qui. C. de tēp. app. & text. in cle. ſicut appellationem. & ibi Inno. in vlt. not. ſupr. eo.*
2 †No. ſecundo quòd voluntaria proſecutio partium cauſæ appellationis deſerta iam appellatione, nil minus impeditur effectus tranſitus in rem iudicatam, nec minus tollitur proſecutio appellāti, per quod videtur, ꝙ partes nō poſſunt recedere à tranſitu in rem iudi. Aduerte iſta cle. eſt ſubtilis, & à mero canoniſta malè intellecta, peius à mero legiſta intelligitur. vt in facto aſſerit ſe expertum do. Ant. Oportet ergo, ꝙ, qui bene vult eā intelligere, habeat ſe mixtum, & legat hic glo. magnā ordinate. quia obſcura eſt. aliàs apoſtillas, & dicta doc. quæ nō cadūt ad gl. poſt gl. illam recitādo, &c.
3 †Gl. deſertam, quærit quid ſi à principio appellatio non tenuit, vt quia interpoſita fuit tertio, vel poſt x. dies, an locum habeat cle. ſi illius fiat proſecutio? Reſpondet, quòd ſic, & multo fortius cùm maior ſit ratio, quam quādo à prin-

à principio tenuit. ſed ex poſtfacto eſt deſerta. & ſimiliter dicit gl. cle. locum habere ſi appellationi ſit renunciatum expreſſe, quia ſi habet locũ in deſerta, tacitè fo tius in deſerta expreſſa. facit. ſu; r.eo. Romana.§.ſi verò. & § ſi autẽ in 6 Aduerte, quia primum dictum gl. ſ. quando ſit proſecutio appellationis, quæ à principio non tenuit, an tũc locum habeat cle. pendet ab illo dubio, an appellatio tertia deuoluat ipſo iure. quod videtur, quia appellatio habet ſua formalia naturalia, licet accidentaliter ius obuiet, ſicut dicimus in appellatione facta, omiſſo medio. de app. ſi duob. & c. referente. & hoc ſentit Com po. de reſcri. ſuper literis & ſic iudex ad quem haberet iurisdictionem, licet exceptione elidibilem. vnde ex toto nõ procederet hæc cle. dic ergo: vt infr. dicetur cum glo. magna. ſecundũ autem dictum glo. de renunciatione expreſſa intelligitur verum niſi de hoc reuocaretur in dubium, & pronũciatum eſſet renunciationem factam non eſſe, vel appellationem deſertam non eſſe, quo ad omnem effectum, & putat do. Ant.

quòd ſi lapſo fatali pronunciaretur fatale non eſſe lapſum, valeret ſententia, quaſi non eſſet lapſum. quo ad effectũ, propter impedimẽtum: vt dicam cum glo. mag. per quod limitatur hæc cle.
4 † Glo. cum appellato op. ꝙ factum appellati debeat prodeſſe appellanti. arg. l. petendæ. C. de temp. reſt. in integ. peten. Sol. ibi in dilationibus datis appellato, quæ proſunt, & ſunt communes etiam appellanti. ſicut dicimus in reſtitutione in integrum, quando petitur dilatio per eum, cotra quẽ petitur reſtitutio. hic autem loquitur ad inualidandam appellationem iam deſertã, & ſic diuerſitas caſus cõtrarium tollit. item. d. l. petendæ procedit, quando adhuc durat quadriennium, quando aduerſarius dilationem habuit. vnde & hoc idem eſſet ſi durante fatali aduerſarius dediſſet cauſam dilationi. hic autem erat tempus lapſum & appellatio deſerta & eius ius omnino ſublatum, ſecun-
5 dum Guil. † Glo. appellatus. pro recitatione huius glo. op. do. Ant. & videtur ꝙ deſerta appellatione poſſint partes, ſi velint, aſſumere litigiũ ſuper appella-

pellatione, & valeat proceſſus ſuper illo, quia nullum eſt dubium quòd partes poſſunt recedere à ſententia in ſuũ fauorem lata, & ſuper illa nouiter litigare. vt eſt caſus. in l. 4. § condemnatũ. ff. de re iudi. ex quo ergo partes voluntariè litigant, renuncient ſententiæ, & effectui eius. Igitur proceſſus valet ſententia ſecunda contra illum lata. ſecundo, ſententia contra ſententiam in diuerſis inſtantiis lata tenet ff. de except. rei iudic. l. duobus. & l. à te. §. 1. & ibi no. per Bar. no. etiam l. 1. C. quãdo prouo. non eſt neceſſ. & in l. 1. ff. quæ ſen. ſine app. reſcind. valebit ergo ſecunda ſententia contra primam, cuius contrariũ literæ videtur innuere. Tertio, ex quo iudex procedit deſerta appellatione, tacite videtur pronunciare appellationem non deſertam, & partes iurisdictionem prorogare. ergo proceſſus valebit, quia hic non eſt defectus poteſtatis, nec alius ex quo partes non appellant, nec contradicunt. Debes ſcire, ꝙ in hac materia, vt dicit gl. in no. in c. ex ratione. de app. dixit ꝙ ſi deſerta appellatione proſequantur appellationem

appellans & appellatus, voluntariè, ꝙ iudex qui cognouerit iniquitatem primæ ſententiæ, poterit illam reuocare, & ſic in effectu valebit ſecunda ſententia contra primam, & cõſequenter impedietur effectus tranſitus in rem iudicatam. adeo ꝙ ſi agebatur ex prima ſententia poterit opponi de ſecunda ſententia contra executionem primę, nec ſecundã ſententiam poterit opponere de prima, quia ex quo ante ſecundã nõ oppoſuit, non poterit prætextu huius nouæ defenſionis amplius hoc in dubium reuocari. de re iud. cũ inter, nec dicatis, ꝙ ſecunda ſententia cõtra primam nõ valeat, quia ſic ſequeretur, ꝙ non valeret ſecunda ſententia lata in cauſa appellationis contra ſententiam latã in cauſa principali. Hoſt. in præal-leg. c. ex ratione tenuit contrariũ. *adde quòd ſecunda ſententia lata contra primã non valet etiam ex conſenſu partium gl. & ibi Bar. in l. diuerſa. C. de tranſ. & ibi Alex. & licet illam gl. dãnet. d. An. in c. cũ dutti. de reſcri. tamen eſt communis ſecundum Alex. in l. admonendi. ff. de iureiu. & per Fel. in c. inter monaſterium. de re iud.* ſ. ꝙ non

valeret ſecunda ſententia, quia deſerta appellatione extincta eſt iurisdictio iudicis ad quem: ergo non valet ſentētia ex defectu poteſtatis iudicis ad quem. Non obſtat ratio. Innoc. quia ſecunda ſententia debet tenere cōtra primam, ex quo nihil partes dixerūt. quia id procederet, ſi nō daretur defectus iurisdictionis in ſecunda Non obſtat etiam ſi ſecunda ſentētia valeat contra primā, in cauſa appellationis. quia tūc prima non habet vires, propter ſuſpēſionem durantem, quæ hic ceſſat. ſed prima nō ſuſpenſa, ſecunda contra primā nō valet. ſicut non valet ſi appellatū nō fuiſſet, & eſt cauſa, quia ſecunda eſt lata deſerta inſtātia. † Et ſic not. ꝙ ſicut nō va- 6
let ſententia contra ſentētiā in eadem inſtantia, ſic non valet ſententia cōtra ſententiam in ſecunda inſtātia deſerta. valeret tamen ſi non erat deſerta. quia declara & intellige. vt infr. dicā. & not. per do Ant. de re iud. inter & hoc dicit hic Io. And. probari. & forſitan in tantum, quòd etiam ſolo appellato proſequente non habet locum, vt ſecunda ſententia valeat contra primam. quod

forte non cogitauerat Hoſt. pro hoc q́ idem debet dici in appellato etiã facit, quia vt dicit glo. hic in ver. huius ſit ratio, quia petendo pronũciari male appellatũ, & in eo, quod dicit tranſiuiſſe in rem iudi. nulla eſt contrarietas, licet de appellante dubitetur, an viam nullitatis, vice appellationis poſſit accumulare. poteſt tamen appellatus dicere, malè appellatum, & ſententiã tranſiuiſſe in rem iudic. quia nulla in eo eſt contrarietas, cùm ſemper nitatur pro ſententia. Et ſi dicatur, imo eſt contrarietas, in quãtum dicit, hunc iudicem. quia petit pronunciari ſententiã iniuſtam, dicendo male appellatum, & in quantum. negat, dicendo ſententiam tranſiuiſſe in rem iudi. iſtum dicit non eſſe iudicem, dicit gl. hic quãuis fateor, hic aliquam contrarietatem, tamẽ appellãs, qui reus eſt, poteſt vti defenſionibus cõtrariis, vt in regula nullus pluribus. de re. iud. in 6. imo etiã ſi ſit actor quicquid ſenſerit glo. quia appellando defenſor eſt, & reus interpretatur, de excep. ſignificauerunt. ideo iurib. contrariis poteſt vti. vt no. Bar. ff. de ap. l ſi expreſ-

expreſſim,& no per do. Ant. de ap. dilecto. Item etiam deſerta appellatione non negat ipſum iudicem ſaltē in hoc, vt pronunciet deſertam eſſe. de ap. interpoſitam. & no. de app. cordi. in glo. in 6. Pro hoc, quia negari non poteſt, deſerta appellatione nullā habere iurisdictionē, niſi ſuper hoc, vt pronunciet eſſe deſertam, & de hoc cognoſcat. ſed vt ſuper principali nullā habet iurisdictionem, niſi ante ſe fecerit iudicem. *adde Bar. in l. properādum. § illo procul dubio. ver. ex q͂ro no. C. de iud. & ibi do. Alex. conſ. 126. circa prin. in 2. vol. & conſ. ſe. Alex. in conſ. 19. in fin. in 4. vol. Alex. in conſ. 66. in 5. vol. Alex. in conſ. 104. eo. vol.* Item coram eo nulla eſt inſtantia. ergo reperitur ſecūda ſententia lata ſine inſtantia, & hæc ipſa veritas. modò intelligas hanc cle. & per hoc apparēt ſoluta contraria intelligenti, propter non intelligentes enim dicit do. Ant. ſe non ſcribere. Ad prædicta adducit glo. quia actor poteſt vti contrariis in diuerſis inſtantiis. de quo no. in præalle regula nullus pluribus & probatur. ff. de inof. teſta. l. Papinianus. §. ſed nec impubes,

hic autem non dicitur, quòd in eadem inſtantia hæc duo proponat hic appel-
7 latus, ideo admitti debet. † Nota bene ex hoc fin. gl. q̄ actor poteſt vti iuribus contrariis in diuerſis inſtātiis. facit aut. item poſſeſſor. C. qui pot. in pign. hab. & in l. fin. ff. de rei vend. Aduerte tamē, quia gl. inquantum dixit, q̄ appellatus, qui reus eſt, poteſt vti viis cōtrariis, poteſt intelligi dupliciter, vno modo, vt velit, quòd appellatus quilibet dicatur reus habito reſpectu, quòd defendit ſe. & ſic poteſt allegare contraria. Ex hoc habes, quòd actor appellando, vel etiā replicando poteſt vti viis, & defenſionibus contrariis, ſicut reus originalis. & hoc verum eſt. Idem dicit Bart. ff. de appel. l. ſi expreſſim, & eſt notabile verbum, quia extēdit illam regulā, nullus pluribus. Alio modo poteſt intelligi, q̄ appellatus, qui reus eſt, vt illud ſtet reſtrictiuè. i. quādo reus eſt, non declaratiuè, quia reus eſt, & tunc notabile non colligetur. prima verior eſt, licèt ſupr. legendo ſeu recitando ſim ſecutus ſecundam. Aduerte ſi velles tenere opi. Inno. in vno verbo ſolueres hanc cle.
quia

q̃a iſta cle. dicit, ꝙ ex ꝓſecutione appellantis, vel appellati nõ impeditur tranſitus in rẽ iudi. ſed nihil dicit, an ſecunda ſententia lata contra primam, dato, quod tranſitus in rem iudi. non impediatur, infringat primam. & hæc ſtant ſimul, ſententiam primam tranſiſſe in rem iudic. & nihilominus ſecundã valere contra primam, quando ſunt latæ in diuerſis inſtantiis, vt tenent legiſtæ, ita quod ex verbis cle. alio non addito hæc cle. nõ improbat dictum Inn. Sed aduerte pro opi. Innoc. facit multũ dictum Compo. & Io. And. poſt eum de reſcri. ſuper literis. vbi apertè dicit, ꝙ ſi lata ſententia accedat quis ad iudicem appellationis, & fingat appellatũ eſſe, vbi non eſt, vel non renunciatum appellationi, vbi eſt, vel nõ deſertam appellationem vbi eſt, ꝙ ſi ſic, procedat iudex appellationis, videlicet ꝓceſſus, quod plus eſt parte contumace, ex quo non eſt oppoſitum aliquid de iurisdictionis defectu, quia habet iurisdictionem, licet exceptione elidibilem, ſicut dixit Compo. licet contra eum faciat quod not. Inno. de app. ſi duobus. Dic,

quòd quandoq; ſuper iniuſtitia ſenten tiæ aditur iudex alias competens,& per viam querelæ inchoata noua inſtãtia, ſi tamen competens ſit, qui ſic poſſit adiri,vt ipſemet ordinarius, qui ſenten tiauit, vel Papa, vel legatus, & an tunc valeat ſententia. Contra primam tangit Inno. in tribus locis de reſcrip. cum dilecta. de prob. quoniã contra falſam. & in primo tenet, ꝙ valet ſecunda ſententia cõtra primam,& ꝙ ille pronunciare debet. Secundo loco tenet oppoſitum. in tertio loco. ſ. in c. fraternitatis. de frigidis. redit ad primum. tangit etiam de re iud. cum Bertoldus. & hoc dictum putat d. Ant. verum. ſ. ꝙ valeat ſecunda ſententia, quia aut de iniquitate conſtat, confeſſione partis, & illa poteſt reuocari, quia iam notoriè conſtat de iniquitate contra præſumptionem iuris, & de iure quæ ſurgit ex ſententia, quæ tranſiuit in rem iud. admittetur probatio in contrarium per confeſſionem. vt notabiliter dicit Inno. de immun. eccle. quia pleriq;, aut conſtat de iniquitate primę ſententiæ per probationes factas in iudicio,& volũtariè,

& va-

& valet ſententia, ſeu proferri poteſt ſententia contra illam, quia illa probatio notoria infringit primam iuncta ſentētia ſecunda, quia licèt admitti nō debeat, admiſſa tamen nocet præſumptioni iuris & de iure, & ad hoc dictum Inn. in c. fraternitatis, vbi declarat alia dicta, & hoc ſic declarat do. Ant. in c. cum dilecta. de reſcri. & in d. c. fraterni tatis. & in d. c. quoniā contra. non obſt. ꝙ ſententia contra ſententiā nō valet, quia ad id dicerent legiſtæ, quòd imo valet in diuerſa inſtantia. Sed diceres tu, ſententia non valet contra notoriū de re iud. inter cæteras, & ſupr. eo. ſolicitudinem. & ſupr. de re iud. cle. paſtoralis, & per do. Ant. de reſcr. ab excommunicato. & de re iud. inter monaſterium. Dic hoc verum, quādo partes nituntur primę, & de ea opponunt. ſecus ſi non nitātur, ſed voluntariè aſſumūt litem ſuper ea, quia ex conuentione poſſunt recedere ab effectu primæ ſententiæ, vt d. §. ex conuentione. l. 4. ff. de re iud. licet gl. ſenſerit contrarium. in l. ſi de certa. C. de tranſac. † Nec obſtat, 8 quòd compromiſſum non valeat poſt

ſententiam. vt l. 2. poſt rem. ff. de tranſ. quia illud verum in cōpromiſſo, quod cadit tantum ſuper dubio, quandoque lata ſententia, quæ tranſiuit in rem iudic. lata eſt ſententia in inſtantia appellationis. & tunc, aut tranſiuit in rē iud. ac defectu cauſæ, vel ſolemnitatis appellationis. vt quia dicitur ter appellatum, & partes ſuper hoc litigāt coram iudice ad quem. & tunc, quia hic iudex durat, & durat inſtātia, ex quo vertitur in dubiū de cauſa. & de hoc, an tertio potuerit appellare, cum appellatio faciat eum iudicem. niſi opponatur. putat, ꝙ valeat proceſſus, & ſentētia lata. quia eſt contra ius litigatoris. & tunc non reperitur lata abſq; inſtantia, nec à deficiente in poteſtate, ſic intelligit dictū Compo. in c. ſuper literis, quandoq; ſententia tranſiuit in rem iudic. quia non eſt appellatum, vel eſt appellatio deſerta, vel illi renūciatum. & hic dicit glo. quòd ſecunda ſententia non valet. cōtrarium dicit Compo. ſaltem quando non eſt appellatum. in d. c. ſuper literis. & ſic dicit ſe de facto obtinuiſſe pronunciante Inno. id quod hic

glo.

glo. ſentit Innoc. de app. ſi duobus do. Ant. pro concordia horum dicit, quòd aut corã iudice, à quo, reuocatum eſt in dubium, an fuerit appellatũ, vel renunciatum, vel an ſit deſerta. vt quia dicatur, quòd fuit impeditus, & fatalis reintegratus. & tũc aduerte quomodo iudex procedat. aut enim reuocato in dubium, quod eſt dictum ipſo non obſtante dubio procedit ad vlteriora, & ſententia diffinitiuè nõ prius decidendo hoc dubium putat, ꝙ ſententia ſit nulla. & hæc fuit intentio huius cle. ſecundum eum. quia in pronunciante hic eſt duplex defectus, primus eſt defectus poteſtatis iudicantis. quia non eſt iudex, vt procedit. & putat hoc procedere, etiam ſi iudex ſit, qui adiretur per viam appellationis, & poſſit adiri per viã querelæ, vel legatus, vel Papa, quia tunc non aditur, vt iudex querelæ. ſed vt iudex appellationis cum non ſit. de præſcri. cum ex officio. vt not. Inno. & Hoſt. de offi. dele. cum ſuper. per quod putat idẽ ſi eſſet delegatus à iudice appellationis deſerta appellatione. quia funditus ex quo, vt iudex appellationis

delegat, non eſt iudex. Et ſi dicatur, ꝙ hæc ſurreptio non vitiat ipſo iure. dicit quòd hic non eſt ſolus defectus ſurreptionis, ſed defectus poteſtatis delegantis. Item ſurreptio tunc ſurgit à cauſa funditus annullãte, ideo infringit ipſo iure, vt dicit Guil. de reſcr. c. 1. in 6. & eſt caſus cum gl. de offi. vica. ſuam. Itẽ hic eſt defectus inſtantiæ quia. ſ. deſerta eſt inſtantia appellationis agitata corã eo ſunt abſq; inſtantia, & ſic ſunt nulla. l. properandum. §. ſin autem reus. C. de iudi. quãdoq; iudex reuocato in dubio de viribus appellationis, vt deſertionis, ſeu termini lapſi pronũciat ſuper hoc, & tũc aduerte, quomodo pronunciat ſe competentem. Non obſtat, ꝙ tertiò dicatur appellatum, vel nõ obſt. quòd dicatur renunciatum, vel non obſt. ꝙ terminus dicatur lapſus, quaſi ille fuerit impeditus. & ſic habet ſecundũ fatalem, ꝙ in dubio ſic præſumo pronunciare voluiſſe, cum aliàs ſic terminus eſt lapſus, aliter non poſſit ſentẽtia ſua iuſtificari. & putat, quòd adhuc ſecũda ſententia ſit nulla, non ex defectu poteſtatis. ſed ex defectu inſtantiæ quãdo

iam

jam ante inchoatam inſtantiam ſe iudicem pronunciauit. quia licèt ſententia facit eum iudicem, non tamẽ reintegrat inſtãtiam, ex quo ſuper hoc non eſt pronunciatum, & tunc adhuc ſentẽtia remanet inualida. quandoq; autẽ proponitur deſertio, & poſtea inchoatur inſtantia, & reuocatur in dubiũ defectu iuriſdictionis, & ipſe pronunciat ſe competẽtem ante aliquem factum proceſſum, vel pronunciat ſe iudicem, vel ad vlteriora procedendum, ita, ꝙ etiam pronunciat ſuper inſtantia, & tũc credit, ꝙ valeat poſtea inſtãtia in cauſa appellationis, ex quo ab illa interlocutoria non appellatur, & ſic tunc intelligit dictum, Compo. quia dato, ꝙ iudex non habet funditus iuriſdictionẽ, tamen ex quo proceſſit ante factam pronunciationem ſuper competẽtia, propter dubium facit ſe iudicem. & no. Inno. de dila. præterea, & pro tanto videlicet proceſſus, quia hic nõ poteſt prætendi, nec defectus inſtantiæ, nec defectus poteſtatis, & videlicet ſentẽtia contra ſentẽtiam, ex quo eſt reuocatum in dubium de ſuſpenſione primæ ſenten-

tiæ. ff. quæ ſen. ſine ap. reſcin. in l. & no. in l. 1. C. quando prouo. non eſt neceſſ. de re iud. inter monaſteriũ, & ſic opus eſt limitare hanc cle. quandoq; nihil reuocatur in dubiũ de deſertione inſtantiæ principaliter, & nihil ſuper illa, vel competentia pronũciatur, & iudex procedit volẽtibus ambabus partibus, & tunc hic eſt caſus proprius, cle. dic, ꝙ nõ valet proceſſus, nec ſentẽtia, & hoc ex duplici defectu. primo ex defectu poteſtatis, ſecundo ex defectu inſtantię. ꝙ puta procedere, etiam ſi eſſet Papa, vel alius, qui poſſit adiri per viam querelę, etiã huius iuriſdictio poſſet prorogari, quia hic adeunt eum, vt iudicem appellationis, & ſic prorogare non intendunt, & hoc reſpectu non eſt iudex, ſed ſi ex certa ſcientia non obſt. lapſu termini, vellent ſibi dare iuriſdictionẽ in cauſa appellationis, vt tanquam iudex appellationis poſſit cognoſcere, non obſt. lapſu, non credit quòd poſſit iam lapſo termino, etiam ſi aliàs iuriſdictio eſſet prorogabilis, quia vt iudex appellationis funditus iuriſdictionẽ nõ habet. ergo nõ poteſt eius, vt talis iudicis, iuriſdi-

iuriſdictio prorogari de offi. dele. ſigni ficanti, & l. priuatorum. C. de iuriſdic. omn. iud. *facit in arg. tex in l. ſed & ſi ma nente in 2. reſpon. ff. de præcar.* & per hoc credit. cle. ꝓcedere in Papa, & in quolibet alio, qui poſſit adiri per viam querelæ, licèt quidam hanc voluerũt limitare, vt non procederet in iudice, qui procederet per viam querelæ. ſ. quãdo aditur per viã appellationis, vt hic dicebatur, vt patet ex illis verbis appellationem proſequitur. Quandoque deſerta appellatione ſolus proſequitur appellatus, & videtur, ꝙ poſſit, quia lapſus termini debet ſolum appellanti præiudicare; cui eſt terminus ſtatutus. Ad hoc, quia appellatus poſt terminũ hominis lapſum, poteſt proſequi, licet nõ poſſet appellans de ap. ſæpe. facit. quod no. de elec. c. 1. vbi dicit Compo. quòd ſi appellans non ſeruat formam illius. c. & hodie cle. cauſam de app. quòd appellatio deuoluitur ad commodũ appellati. ad hoc gl. in cle. cõſtitutionem.
† Glo. vltima, op. quòd licet deſeratur 9
appellatio, nõ tranſeat ſentẽtia in rem iud. de ſen. exco. licet in 6. facit de app.

ff in l. ſi expreſſim. & ſupr. de re iud. c. 1. cum ibi not. Sol. gl. hic loquitur, quando ſententia à principio fuit aliqua, vt quia ſolùm erat lata contra ius litigatoris non expreſſo errore iuris in ea. ſecus, quando à principio ſentẽtia eſt nulla. quia tunc ſicut propter omiſſionem appellationis non tranſiret in rem iud. vt d. l. ſi expreſſim, ſic nec trãſiret in rẽ iudi. propter appallationem interpoſitam, & deſertam, vt in contrario, &c.
10 † Nota bene iſtam glo. quæ vult, quòd c. licet canon. de ſen. excom. habeat locum, etiã in alia materia, quod excommunicationis. de quo ſcripſit do. Ant. de ap. ſæpe. & ſic eſt caſus ſecundũ vnã lecturam Abbatis de eo, qui mit. in poſ. cum veniſſent. & intellige glo. ꝙ proſequi poterit nullitatem principaliter, ſed non incidenter. Vnde no. ſecundo ex hac gloſſ. quòd deſerta appellatione quis poteſt proſequi nullitatem. quod eſt clarum, quando ſola appellatio eſt deducta: ſed vbi deducta eſſet via nullitatis cum appellatione, eſſet magis dubium. Bar. tamen dicit, quòd poteſt etiã deſerta appellatione, quia minori
tempore

tempore deſeritur via appellationis, q̃ via nullitatis, cum ad nullitatem detur officium iudicis, qđ durat ſpatio xxx. annorum, prout ipſe not. ff. de app. l. ſi expreſſim. & ex ſola accumulatione ſimul in eodẽ libello, non alteratur natura actionis, vel iuris deducti, vt plenè de hoc ſcribit do. An. in c. dilecto de ap. in recollectis nouis. *adde Bal. in l. ſicut. C. de præſc. 30. ann. & Alex. in conſ. 59. inci. Chriſti Saluatoris in 3. vol.* † Venio 11
ad dict. doc. & quęro quare ſentẽtia cõtra ius litigatoris tranſit in rẽ iud. dicit Guil. quòd ratio eſt, quia rerum dominia, & quaſi omnes contractus ſunt de iure gentium, & eodem iure datur poteſtas iudicandi regibus, & iudicibus ſuper regimen vniuerſi, & etiam executio gladij. ff. de orig. iur. l. 2. §. poſt originem 6. di. §. ſupr. 8. di. §. 1. & c. 1. ergo ex parte iudicandi inter partes, quicquid iuris ſentiat iuſtitia eſt, ex quo non appellatur. ff. de condi. ob turp. cau. l. ſi ob turpẽ. & ſic eodem iure gentiũ poſſunt de dominiis iudicando, dominia dare iſti, vel illi, vt ſibi videtur, & ſic pars acquieſcens ſententiæ videtur à ſe gratis

abdicare dominium rei, Inſt.de re diu. §.fin.ſecūdum Guil. Nam ſentit, quòd ex ſententia iniuſta transferatur dominium.vide Inno. de elec.cum dilectus. de conceſſ. præben. propoſuit. & Bart. in l. Pomponius.§.ſi iuſſu. ff.de acquir. poſſ. & per Cyn. in l. 1. C.communi vtriuſq; iudicij. *adde per Bar. in l.ex hoc iure, & ibi.doct.ff.de iuſt.& iur.* Tu dic, cū ratio eſt, quam reddit tex.in l.pen.ff.de iuſt. & iur. quia, quicquid facit iudex, præſumitur iuſtum, habito reſpectu ad id, quod facere debet, & ex quo pars nō vtitur remedio ad detegendum iniuſtum, tunc præſumptio illa firmatur & efficitur præſumptio iuris, & de iure, contra quam nō admittitur probatio, & hoc voluit gl. in c paſtoralis. in gl.fi. de re iudic. *adde tex.gl. in l.Herennius.§. Gaya.ff.de euic.glo. in c.præſentium. 8. q.1. Felin.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.no.de cōſt. Alex.in conſ.30.& 105.in prin. in 5. volu.* per quod dicit, quòd ſi ſententia habet notoriam iniuſtitiam, quia ibi nō poteſt cadere pręſumptio, ꝙ tunc ſententia nulla remanet. & ſic intelligit, ꝙ dixit de re iud. in cle.paſtoralis.

SVMMARIVM.

1 Appellans bis ſuper eodem articulo non poteſt à diffinitiua appellando amplius alium articulum proſequi.

2 Sententia lata ſuper peremptorio non eſt diffinitiua.

3 Sententia peremptoria poteſt dupliciter repelli.

4 Sententia ſicut ſuper inepta propoſitione non obuiat ſi aptè proponatur: ita nec tranſitus in rem iudicatam ſuper modo proponendi non obuiat, quominus poſsit pluries proponi, & appellari, ſi aptè proponatur.

5 Sententia interlocutoria an poſsit trãſire in rem iudicatam, quominus poſsit à iudice reuocari.

6 Agens ineptè ſicut repellitur ab agendo, ita excipiens ineptè repellitur ab excipiendo.

7 Repulſus ter à peremptoria, an audiatur per viam nullitatis?

8 Sententia quando dicatur rite & recte lata.

9 Sententia lata ſuper peremptorio, an dicatur interlocutoria, vel diffinitiua.

10 Sententia abſolutoria, & condemnato-

*ria ſunt iuſdem naturæ, ideo ſicut appellatio non ſuſpendit excommunicationem, ſic nec abſolutionem.*

11 *Sententia interlocutoria non producit pro executione actionẽ in factum, ſed ſolum exceptionem: & an vocetur actio in factum vel in iudicatum.*

12 *Sententia contra ſententiam, ſicut non valet in eandem inſtantiã: ita nec plures diffinitiuæ conſonantes in eandem inſtantiam.*

13 *Sententia vbi dirigitur ad modum agendi, & ad inſtantiã repellendi, & nõ ad merita dicitur interlocutoria.*

14 *Sententia interlocutoria, licet nõ tranſeat in rem iudicatam, quoad iudicem quin non poßit illam reuocare, tamen tertia ſententia confirmata tranſit.*

CVm repulſione excep. Primò ponit dictum à quo. Secundo excipit
1 ibi niſi. †No. primò, ꝙ ſuper eodem articulo bis appellãs repulſus non poteſt à diffinitiua appellãdo amplius alium articulum proſequi, etiam quando negocio principali eſt cõnexũ. & ſic licet poſt tranſitum in rem iudic. hoc caſu, quando negocium eſt connexum decisioni

ciſioni per non appellationem, poteſt quis illud proſequi appellando à diffinitiua. non poterit tamen quãdo tranſiuit in rem iudic. ex bina appellatione repulſa. †Nota ſecundo argumentum, 2
quòd ſententia ſuper peremptorio lata, non eſt diffinitiua. †Nota, ꝙ perem- 3
ptoria dupliciter poteſt repelli; vno modo, quaſi ineptè propoſita, & tunc ſententia eſt interlocutoria, & talis modus opponendi, & repellendi non dicitur contingere negotium principale. ſecundo repellitur, quia falſa; & hoc modo contingere dicitur negotium principale. † Not. quòd ſicut ſententia 4
ſuper inepta propoſitione non obuiat, ſi apte proponatur, ita nec tranſitus in rem iudic. ſuper modo inepto proponendi non obuiat, quominus pluries poſſit proponi, & appellari, ſi poſtea aptè proponatur. †Not. ꝙ licet interlo- 5
cutoria ſententia non tranſeat in rem iudi. quo ad iudicem, quominus illam poſſit reuocare, vt no. de elect. cum dilecti. & de ap. cum ceſſante. Si tamen bis eſt appellatum, trina ſententia facit illam tranſire in rem iudi. vt poſtea re-

uocari non poſſit. Ad hoc quod ſcribit Bar. & Dyn. in l. à diuo Pio. ff. de re iud. & l. quod iuſſit ad hoc no. de fri. in capitulo fraternitatis per gl. *adde quòd iſtũ text. ad hoc reputat ſing. Iaſ. in l. & ſi poſt tres, verſi. pro iſto intellectu. ff. ſi quis caut.*

6 †Not. quòd ſicut ineptè agens repellitur ab agẽdo, de iudi. examinata, ita ineptè excipiens repellitur ab excipiẽdo. Item, quam ſicut ab actione propoſita inepte recurritur ad aptam non obſt. repulſione de iudic. examinata etiam coram delegato. no. Inno. de offi. dele. cõſuluit. de re iud. cum I. & A. Spec. de offi. iudic. §. deſeruit. verſi. quid ſi proponens. ſic in exceptione ſemel ineptè propoſita non obſt. repulſione iterum aptè proponi poteſt, vt hic ſecundum Zenze. & ibi dicit Spec. vt recitat Lap. ꝙ delegatus abſoluendo ab inſtantia propter ineptam petitionẽ actoris nõ eſt functus officio ſuo, quin ille poſtea coram eodẽ poſſit proponere aptam,

7 Ad hoc optimè de re iud. c. pen. †Quęro an audiatur per viã nullitatis ter repulſus à peremptoria. dicit Guil. quòd ſic. ſupr. de re iud. cle. 1. Item, & via reſtitu-

ſtitutionis in integrum. ff. de minor. l. minor. & l. ſeq. maximè in cauſa matrimoniali, vel ſimili, vbi ſententia non tranſit in rem iudi. tenor. & c. ſe. ſecundum Guil. † Quæro, quãdo dicitur ſententia lata ritè, & quãdo rectè? dic ritè, quo ad ordinem iudicis. rectè, quo ad iuſtitiam, ſecundum Guli. qui dicit, ꝙ primo caſu nõ præſumitur pro iudice. ſecundo ſic, de prob. *adde gl. in l. 2. ff. de inoff. teſta. Bar. in l. lecta ff ſi cert. pet. & ibi doct. maximè do. Iaſ.* quoniã contra falſam, & dic, vt ibi tractat hic Gul. an ſuper dilatoria, vel incidenti ſit lis conteſtata, vel pronũcianda, quæ ſunt expedita. de offi. deleg. prudentiam. §. ſexta. de ord. cognit. intelleximus. ideo hic omitto. Tractat etiam an in cauſa appellationis ſit lis conteſt. quod eſt expeditum de ap. interpoſita, & c. per tuas, & de teſtam. Raynaldus. ideo non inſiſto. Gl. repulſione, quærit quomodo fuerit repulſa hæc exceptio. dicit glo ꝙ verb. ſ. per interlocutoriam ſuper hoc latam. ſic patet ꝙ in peremptoriis poteſt fieri interlocutio: non tamẽ eſt neceſſaria iuxta nota. de ordi. cogn. cap. 1. 8

Quid autem, ſi repulſio fuiſſet facti, & non verbalis, vt quia iudex illam non admiſit, ſed ad vlteriora litis proceſſit. quo caſu tacitè ipſo facto videtur repel lere. de ap. ex parte 2, an erit idem quod in repulſione verbali. gl. dicit quòd ſic, quia eadem ratio eſt. Fatetur tamen, ꝙ cautè facit excipiens, ſi procurat quod iudex interloquatur ſuper illa, vt not. in Spec. de appel. §. qualiter, verſi. item quod facit. quod not. per Ioann. Andr. ſupr. eod. dilecto. tunc enim apertius patet grauamen. Similis cautela. ſ. vt pronuncietur ſuper contumacia habetur de re iudic. in cle. paſtoralis & ibi dixi. Not. bene ex gl. quia ex proceſſu ad vlteriora, vel repulſione facti, videtur tacitè etiã ſuper peremptoria pro-
9 nuntiatum, &c. † Deinde glo. in ver. & per hanc quærit an ſententia lata ſuper peremptoria dicatur interlocutoria, an diffinitiua. Glo. reſpondet quòd eſt interlocutoria, per præalle. decr. ex par te. & per hãc cle. & hoc etiam tenebat Gar. in decre. cupientes. de elec. in ver. in ſup. Ad hoc decre. cum dilecti. de e-lec. & decr. ſua. ſupr. de ap. & de offi. de-

leg.

leg.ſignificantibus, & apertè probatur per hanc cle. vt prædixi, cum enim hic dicatur, quòd repulſio peremptoria non eſt diffinitiua. ergo eodem modo nec pronunciatio pro ipſa erit diffinitiua, vt contrariorum eadem ſit diſciplina. 32. di. hoſpitiolum cum ſi, & per conſequẽs vbi abſolutoria diffinit eodem modo, & condemnatoria à econtra, & facit. l.1.ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. Hoc confirmat etiam glo. ꝙ natura diffinitiuè eſt, quòd ex ea oriatur actio in factum. ſed à ſententia lata ſuper interlocutoria non oritur actio. igitur &c. Item quia ſi ſententia lata ſuper peremptoria eſſet diffinitiua, non poſſet ſequi amplius alia diffinitiua, in cauſa, cùm in eadem cauſa duæ diffinitiuæ ſententię ferri non debeant in eadem inſtantia. ſed hoc eſt falſum, quòd imo de neceſſitate ſequenda eſt ſententia. ſuper principali, licèt ſuper peremptoria voluntariè. de ordi. cog. c.1.&c. Per prædicta concludit gl. poſt Bart. in loco præalle. ꝙ ſiue ſuper dilatoria, ſiue ſuper peremptoria, ſiue ſuper eo, ꝙ perimit appellationem, i. quòd appel-

lans nõ potuerit appellare, feratur ſententia per iudicem, eſt ſententia interlocutoria. Secus dicit eſſe, quãdo iudex cognouit de appellatione interpoſita à diffinitiua, & pronunciat bene iudicatum, & malè appellatum, vel ecõtra. quia tunc eſt diffinitiua. C. de ap. l. eos. ff. de his qui no. infa. l. furti. Fatetur tamen Gar. & gl. poſt eam, ꝙ ſentẽtia lata ſuper peremptoria, quod habet obſtare, habeat vim diffinitiuæ. ita cõcludit gloſſ. in fin. quod no. & tene mẽti. Ex hac gl. nota plura primo, quòd ſententia ſuper peremptoria eſt interlocutoria. hoc ponit Io. And. vt dicit Lap. eum ſcripſiſſe ſibi quo ad negocium principale, quo ad inſtantiam autẽ appellationis poteſt dici diffinitiua. & in decre. dilecto nulla erat inſtãtia finita, vel diuiſa à negocio principali, ad hoc facit dictum Spec. quod dixi in vlt. no. ſuper litera. quod dictum ponit hic La. hoc etiã temperat do. An. verũ, quãdo reus habet aliam exceptionem, actore fundãte intentionem, alias eſſet quaſi diffinitiua. facit quod ſcribit d. An. de exceptione teſtium repulſoria. de teſt.

in c. ex

in c.ex part. ad e.c.1.de excep.& c.præſentium.de teſt. †Secundo no.ꝙ condemnatoria & abſolutoria ſunt eiuſdē naturæ, ideo ſicut appellatio non ſuſpendit excommunicationem, ſic nec abſolutionem, vt not.de reſcrip.ab excommunicato, & de appel. paſtoralis. 10
†Tertio no.ex gl.quòd interlocutoria nō producit pro executione actionem in factum,ſed ſolum exceptionem.An autem vocetur actio,vel in factum, vel iudicatum.vide.ff.de re iud. l.4.§.iudicati.l.inter dies. 11
† Quarto not. ꝙ ſicut non valet ſententia contra ſentētiam in eadem inſtantia, ita nec plures diffinitiuæ, conſonantes in eadē inſtantia. decre.ergo cum ſuper de iud.debet intelligi quando non fuerunt in eadem inſtantia.*Adde glo.in §.1. in gl.1.ad fin.Inſtit.quib.mod.teſtam.infir.* 12
†Quinto no. quòd vbi ſententia dirigitur ad modū agendi, & ad inſtantiam repellendam, & non ad merita, dicitur interlocutoria,& ſic hoc caſu non potes appellare, vel non potes agere,quia eſt interlocutoria: eſt tamen diffinitiua illius inſtantiæ,ſecundum do.Ant. Tu vide Bar.in 13

l. à diuo Pio. in prin. ff. de re iud. & ff. de accu. l. cum Titia, &c. Gl. peremptoriè op. quòd non liceat indiſtinctè repeti. exceptionem in appellatione a diffinitiua, etiam ſi ſecundo nõ ſit à repulſione appellatum. vnde opp. de c. fi. ſupr. eod. in 6. Soluit ibi in exceptione, quæ non parat præiudicium negocio principali, quia eſt merè dilatoria, nec reddit iudicium nullum. hic ſecus. Gl. ſecundo quærit, quid ſi ſemel tãtum appellauit, & ſuccubuit, an procedit cle. vt in appellatione à diffinitiua, nõ poſſit repeti dicta exceptio. dicit quòd nõ, imo tunc poterit repeti à contrario literæ quæ loquitur, quando ſecũdo appellauit, & ſuccubuit. Quid autem ſi ſecundo appellauit, ſed tamẽ appellationem non fuit proſecutus, an habebit locũ hæc decr. vt ſit perinde ac ſi fuiſſet proſecutus, & ſuccubuiſſet, videtur ꝙ ſic. ſupr. cle. prox. In cõtrariũ facit, quia ſi non apparet apertè de iniuſtitia eius, ex quo non fecit, quicquid potuit, & hoc tenet gl. ſi neglexit proſequi, quia ſponte renunciauit, quia tunc videtur vti iuris conſilio expectando euẽtu negocij

gocij principalis potius, quàm ſe intricaret in tot proceſſibus, & ſic non poſſet eis reſiſtere. ideo tunc ſecus. & nota, quod à cõtrario ſentit gl. ſecus ſi ſpõte nõ renunciauit, ſed paſſus eſt negligenter labi tempus, quia tunc non videtur imputãdum ſibi, nec poteſt dici quòd fuit vſus conſilio iuris, ex quo vſq; ad vltimum voluit habere poteſtatẽ proſequendi appellationem ab ipſa interlocutoria, licet an hoc ſit verũ, dicam infr. Glo. diffinitiua, quærit, an litera procedit, per quemcunq; iudicẽ fuerit lata hæc ſententia, dicit quòd ſic, quia indiſtinctè loquitur, dũmodo per iudicem competentẽ lata fuerit, quod glo. declarat per exempla, &c. Gl. ſuper eo. opp. & videtur, ꝙ imo iſte debet audiri in appellatione à diffinitiua, licet bis ſuccubuerit in appellatione ab interlocutoria. Nam conſtat, quòd nõ appellans aliquo modo ab interlocutoria, quæ parat præiudicium negocio principali, de qua loquitur hic, auditur. vt in c. fi. ſupr. eo. in 6. ergo multofortius appellans, & contradicens pro poſſe. non enim debet plus poſſe operari ſe-

cunda repulſio in appellatione à diffinitiua æquiparamus iſta ſ. non appellare, & ſuccũbere, vel deſerere, ſeu per appellationem negligere, cũ idem ſit effectus ſupr. de re iudi. quoad cõſultationem. & ſupr. eo. ſua. ergo eodẽ modo deberemus dicere in appellatione ab interlocutoria cuius contrariũ hic videtur dici aperte. Sol. gl. licet prædicta æquiparantur in appellatione à diffinitiua, tamen non æquiparantur in appellatione ab interlocutoria. Ratio diuerſitatis eſt, quia lata ab interlocutoria quæ parat præiudicium negocio principali neceſſe habuit differre appellationem in euentu diffinitiuæ, ſecundum leges l. 2. C. de epiſc. audi. & C. de iudi. apertiſſimi. & quorum appel. non recip. l. pen. ſecundum canones autem nõ habuit id neceſſe facere, ſed potuit differre ſi voluit. ergo ſi talis cuius exceptio prædicta eſt repulſa diſtulit appellare ex conſilio iuris id permittentis, & poſtea victus in diffinitiua ab illa appellat, debet tamen contra talem interlocutoriam audiri, quę non fuit diſcuſſa, ſed eius diſcuſſio ad tempus dilatatur.

ſecus

ſecus quando poſtea impugnauit inter locutoriam. ſ. ſemel appellando & bis, quia tunc cum ille articulus fuerit ſic ſolẽniter diſcuſſus iam & examinatus, non debet vlterius examinari in appellatione à diffinitiua, quæ ratio ceſſat in caſu præcedenti. per hoc infert gl. ꝙ in caſu cle. iudex principalis cauſę nõ poſſet ante diffinitiuam ſententiam interlocutoriam ſententiam ſic ſolemniter diſcuſſam & examinatam reuocare, licet in primo caſu ſecus. vt in præalle. c. fin. eod. tit. in 6. & c. cum ceſſante. app. No. bene caudam huius glo. quæ limitat no. in c. cũ ceſſante. de app. quia interdum etiã quo ad iudicem ſententia interlocutoria tranſit in rem iud. vt in caſu iſto, licèt regulariter contra iura ibi no. & de elec. cum dilecti. † Ex cauda 14
gl. no. bene ſecundum do. Ant. ꝙ licèt ſententia interlocutoria nõ tranſit in rem iudi. quo ad iudicem. tamen tertia ſententia confirmata tranſit. vide ſimilem gl. de fri. fraternitatis. quæ dicit ꝙ in cauſa matrimoniali trina ſententia tranſit in rem iudi. *adde Alex. in d. l. quòd iuſſit. in 6. & 7. col. ff. de re iudi.* hoc tenet

Dyn.& Bar.ff.de re iud.l.ꝙ iuſſit. alleg. quia ter à diffinitiua non poteſt appellari. C. ne liceat in vna eademq; cauſa. tertio prouo. Ad hoc.l. fideicōmiſſa. §. ſi quis decem.ff.de leg.3.& l.1.§.ſi cui. ff.vt legatorũ nomine caueatur, ſecundum Dyn.& Bart.& eſt ratio, ſecũdum Zenze. quia ex trina ſentẽtia repulſionis præſumitur exceptio non eſſe vera, & ius præſumit pro trina ſentẽtia, quia vltra non eſt remedium iuris cōmunis ſecundũ Zenze.Item appellatio à diffinitiua ſubrogatur loco appellationis, quę interponi poterat ab interlocutoria.ſed ab illa ceſſat appellatio potẽtialiter,ergo & ab illa quæ in eius locũ ſubrogatur ceſſare debet. Per prædicta apparet, quòd ſi appellãs non poſſet proſequi appellationem à diffinitiua, ſed illi renunciat volens hoc reſeruare ad appellationem ꝙ haberet poteſtatem poſtea illud iterato proſequendi.vt ſentit glo.in ſecundo ver.idẽ putat d.Ant. & ſentit Zenze.appellationem non eſt proſecutus, ſed neglexerit. idem putat ſi in prima appellatione ſuccubuit, qa qua ratione audiretur ſecundo appel-

lans

lans ab interlocutoria, ſi volet, audietur appellãdo à diffinitiua. Nam ſolus transſitus in rem iudic. non excludit facultatem reparandi grauamen per appellationẽ à diffinitiua, imò ſolus tranſitus per appellationem inter interpoſitam per hanc cle. & quia tunc ceſſat hæc plena diſcuſſio ſufficiat. quia hæc cle. eſt exorbitans nõ extendatur ergo ad alium caſum. Ad hoc, quia hoc pœnale etiam eſt quem excludi ab exceptione forte verè, & fortè iniuſtè repulſã. ideo in ſolo caſu huius cle. vbi ſcripta eſt, locum habebit non in alio. arg. de elec. ſtatutum. quia pœna non debet per hominem infligi. 34. q. 2. §. in hoc no. de diuor. c. porro de iure pa. c. fin. ſecus putat, ſi fuiſſet repulſus ab appellando, quia eſt vt reus cõtumax, quia non audiretur appellans à diffinitiua, quod proſequere. vt in cle. ſi autẽ. de dol. & contu. ideo excludit, quòd ſi tãtum eſt vna appellatio, & ſemel ſuccubuit, etiam ſi poſterius reſiſtat, non habet locum pœna cle. ſi ſit bina appellatio, & illi renunciatum, & illa deſerta ſit, nõ habet locum cle. quicquid

ſenſerit glo. & alij ſcribentes hæc vera, quando appellatur à peremptoria, ſiue ab illa dilatoria quę contingit negotiũ principale, & tunc ex quo etiam non appellatur, & ſic tranſiuit in rem iudi. nòn poterit poſtea reuocare per appellationem à diffinitiua. de app. c.fin. in 6. plus dicit hic Paul. & gl. quòd etiam ſi ſecundo renũciet vel expreſſe vel tacitè. vt ſupr. c. proxim. c. quamuis. & c. ſicut. non eſt locus huic cle. quia propter. non ſuccubuit licèt appellationẽ deſerat. quod intellige niſi tali tempore renunciaret. quia non diceretur hoc facere ſponte, ſed metu probationum. de quo 34. diſt. c. fin. de elec. dudum. 2. in fin. & fuit intentio gl. in ver. 2. ſi bene inſpiciatur. Glo. inepte. quærit de exemplo huius exceptionis hic poſitæ, quando dicatur repelli exceptio ratione ineptitudinis. gl. ponit multa exempla, quæ ſunt clara. Dicit tamen hic Zenze. quod pen. exemplum de exceptione præſcriptionis poſſit cauillari per no. de deci. dudum. quia opponens præſcriptionem videtur deducere titulum ſalua gl. quando ſic opponebatur

tur præſcriptio, quæ fundabatur ſuper ſolo tempore. Item dicit Zenze. quod dupliciter poteſt inepte proponi vel ob iuris ordinem non ſeruatum, quia proponitur ante litem conteſtatam, vel quia inepto modo proponebatur, etiam ſeruato ordine. Exemplum ſi excipitur contra electum petentem confirmari quod eſt venator, tunc expellitur primo, & ſecundo in appellatione ad infinita vult apponere de clamoroſa vel arenaria, vel adulterina. de cle. vena.c.1. nam prius inepte fuerit præpoſita. i. minus generaliter contra id. ff.de flu.l.1.§.Labeo, vel prælato oppoſui ſymoniam, vel quia bona Eccleſiæ alienauit, vel res de naufragio abſtulit repulſus appello & ſuccumbo his in appellatione à diffinitiua potero aperte proponere cauſas. & ſic ſpecificare, quòd nocere debeant prælato. Primæ enim ſunt nimis confuſæ. de accuſ. cum dilecti. Vnum tamen aduerte, quòd non eſt conſilium quòd iudex ſtatim repellat exceptionem, eo quod generaliter proponitur. quia ſufficit

ſufficit, quod poſtea ſpecificetur in probationibus, niſi pars opponat eum non admitti. vt not. glo. de procur. ex inſinuatione. ad hoc tex. de probat. in præſentia. & hæc ſufficiant.

* *
*

FINIS.

# INDEX RERVM ET VERBORVM, QVAE IN HOC TRACTATV CONTINENTUR, LOCUPLES.

*Primus numerus marginalem denotat, ſecundus folium.*

## A.

*A Dictio, denotat ſeparationem. num. 10. fol. 64*
*Actor poteſt iuribus contrarijs vti in diuerſis inſtantiis. numero 7. 98*
*Actus pluries iteratus, vnus & idem videtur. nu. 6. 34*
*Agens ineptè ſicut repellitur ab agendo, ita excipiens ineptè repellitur ab excipiendo. 6. 114*
*Apoſtoli quomodo & quando ſint petendi, & quæ ſit pœna non petentis apoſtolos. 1. 32*
*Apoſtoli infra quantum tempus petendi. 12. 37*
*Apoſtoli quid ſint. 15. 43*
*Apoſtoli cuius expenſis peti debeant. 9. 52*
*Apoſtolos dare an cogatur iudex à quo. 22. 55*
*Apoſtolos clauſos & ſigillatos recipere an te-*

neatur appellans.20. 54
Appellans bis ſuper eodem articulo, non poteſt à diffinitiua appellando amplius alium articulum proſequi.1. 112
Appellans, ſi non proſequitur, an videatur tacitè renunciare appellationi.8. 61
Appellans debet cauſas in appellatione nominatim exprimere.2.3. 79
Appellans an poßit proſequi alias cauſas.7. 84
Appellans an arctetur ad petendum apoſtolos? 7. 34
Appellans negans ſe appellaſſe, non auditur, ſi poſtea velit eam proſequi. 6. 59
Appellantis factum, an debeat prodeſſe appellato.4. 92
Appellari an poſſit à futuro grauamine.num. 13. 67
Appellari poteſt à quolibet iudice, & à quolibet executore.16. 14
Appellari an debeat coram iudice.20. 19
Appellatione deſerta, an iudex poßit reaßumere iuriſdictionem 7. 112
Appellatio extraiudicialis, an æquiparetur iudiciali? 9. 63
Appellatio.ſi impediatur proſequi, an propter impedimentum ſubijciatur aliquid de tempore proſequendi.1.2.& ſeq. 71
Appellatio ab interlocutoria, ex quibus cauſis poßit iuſtificari & impugnari.1. 79
Appellatio coram iudice, à quo facienda, numero

*mero 1.* 6
*Appellatio eſt intimanda appellato ignoranti, & ſic abſenti. 4.* ibid. & 21. 22
*Appellatio, & apoſtolorum petitio, an poßit fieri ſimul vel ſeparatim. 21.* 21
*Appellatio intra quantum tempus debeat proſequi, & quando incipiat currere. 1.* 58
*Appellatio extraiudicialis interponitur à futuro grauamine. 2.* ibid.
*Appellationis ſubſtantiale eſt, quòd poſt appellationem petantur apoſtoli. n 3.* ibid.
*Appellatione deſerta, an ſententia tranſeat in rem iudicatam. n. 1. & 9.* 90
*Appellatione deſerta, an poßint partes aſſumere litigium ſuper appellatione. 5.* 92

C.

*Compromiſſum ſecundum, an faciat expirare primum? 5.* 72
*Compromiſſum poſt ſententiā non valet. 8.* 101
*Compromiſſo durante, quare non currat tempus. 6.* 72
*Compromittentibus, an currat tempus. 7.* 73

D.

*Debere appellationi, & terminum ſtatuere ſunt diuerſa. 7.* 7
*Deferre appellationi an poßit iudex inuito appellante, vel appellato. 12.* 12
*Dies termini, an & quando computetur in termino? 11.* 64
*Dilatio an debeat intimari appellato. 8.* 8

F.

*Forma appellationis quando plures ſunt iudices, à quo appellari debebit. 2.* 6

*Forte, dictio, quid ſignificet. 18.* 17

G.

*Grauamen debet & poteſt probari coram iudice. 8.* 86

I.

*Infra, dictio, quid ſignificet. 4.* 33

*Intimatio an debeat fieri ſcienti? 22.* 22

*Intimationis effectus quis ſit. 11.* 10

*Iudex deferens appellationi, poteſt ſtatuere terminum appellanti. 6.* 7

*Iudex appellationis aſſignat terminum appellanti ad ſe præſentandum coram iudice. 14.* 12

*Iudex quando non defert, an poſſit terminum aſſignare. 15.* 14

N.

*Notorietas, an & quando releuet ab onere probandi. 6.* 83

*per viam Nullitatis an audiatur ter repulſus à peremptoria. 7.* 14

R.

*Repulſus ter à perẽtoria, an audiatur per viã nullitatis. 7.* 14

S.

*Sententia contra ſententiam non valet in eadem inſtantia. 6.* 95

*Sententia contra ius litigatoris quare tranſeat*

in rem iudicatam. 11. 109
Sententia quando dicatur ritè & rectè lata. 8. 115
Sententia lata ſuper peremptoria, an dicatur interlocutoria vel diffinitiua 9. 116
Sententia lata ſuper peremtorio non eſt diffinitiua. 2. 113
Sententia peremtoria dupliciter repelli poteſt. 3. 113
Sententia ſicut ſuper inepta propoſitione nō obuiat, ſi aptè proponatur: ita nec tranſitus in rem iudicatam ſuper modo proponendi non obuiat quominus poßit pluries proponi, & appellari, ſi aptè proponatur. 4. ibid.
Sententia interlocutoria, an poßit tranſire in rem iudicatam, quo minus poßit à iudice reuocari. 5. ibid.
Sententia abſolutoria & condemnatoria ſunt eiuſdem naturæ, ideo ſicut appellatio non ſuſpendit excommunicationem, ſic nec abſolutionem. 10. 119
Sententia interlocutoria non producit pro executione actionē in factum. ſed ſolum exceptionem, & an vocetur actio in factum, vel iudicatum. 11. ibid.
Sententia contra ſententiam ſicut non valet in eadem inſtantia, ita nec plures diffinitiuæ conſonantes in eandem inſtantiam. 12. ibid.
Sententia vbi dirigitur ad modum agendi, & ad inſtantiam repellendi, & non ad merita

dicitur interlocutoria. 13. ibid.
Sententia interlocutoria, licet non tranſeat in rem iudicatam quoad iudicem, quin poſſit illa reuocari, tamen tertia ſententia confirmata tranſit. 14. 123

T.

Teſtes quomodo conuocandi. 19. 18
Teſtamentum contextu vno fieri debet. 14. 42
Termini præfixio an ſit intimanda. 13. 12
Terminus iuris non ſolum eſt ad proſequendum ſed ad finiendum. 3. 4. 5. 58
Terminus ſi ad petitionem actoris ſit reo ſtatutus, ad aliquid faciendum, an ſufficiat reo quandocunq; intra illud tempus comparere. 7. 49
Terminus præfixus appellanti. 23. 22
Termini præfixio, quare intimanda ſit appellato. 24. 23. & ſeq.
Terminus ſi ſtatuitur à iudice, ad aliquid petendum, an debeat ſæpius petere? 8. 9. 10. & 11. 35. & ſeq.

FINIS.

Wo 2998

X20773?6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-245550-p0142-1

COMMENTARIVS

# OANNIS
# B IMOLA,

AESAREI PONTI-
FICIIQVE I. C. IN TI-
TVLVM DE APPELLA-
tionibus.

* *
*

DEX PRÆTEREA RERVM
*Verborum & ſententiarum ſingularium totius Corporis, cùm copioſus: tum fidelis.*

SPIRÆ *Nemetum*
*Apud Bernardum Albinum.*
M. D. XCVIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-245550-p0143-6